



Universitätsbibliothek Paderborn

**Lacrimæ Orbis Universi, Post Primam Protoparentum
nostrorum E Paradiso Exulum culpam, exortæ, In
Universim Genus Humanum, traduce reatu propagatæ,
Ruptis animorum abyssis, Laxatis cordium fontibus, ...**

Schmucker, Mathias

Glacii, Anno 1689

urn:nbn:de:hbz:466:1-38152



Th. 2947.

J IV.
dd.

LACRIMÆ ORBIS UNIVERSI,

Post Primam Protoparentum nostrorum
E Paradiso Exulum culpam, exortæ,
In Universum Genus Huma-
num, traduce reatu propagatæ,
Ruptis animorum abyssis,
Laxatis cordium fontibus,
Apertis oculorum cataractis,

FILIORUM EVÆ,

Gementium & flentium in hac lacrimarum valle,
In peccati Diluvium & Mun-

di piamentum Nazianzen:
orat: 3.

ab exundante Poenitentium Dolore

ubertim profusæ,

Sacrâ lamentantium threnodia
continuatæ,

Salutari gemitu,

quæstuoso ploratu,

Beato luctu,

ad rhythmicam harmoniam,

hydraulico Doloris concentu
compositæ,

AP. MATHIA SCHMUKER, Soc: JESU

Anno M. DC. LXXXVIII.

GLACII, impressit ANDR. FRANC. PEGA,

Anno 1689.

E
fa ad
tus l
cora
intus
rant
LA
ET

Ezechiel: 2.

Et vidi: & ecce manus mil-
sa ad me, in qua erat involu-
tus liber: & expandit illum
coram me , qui erat scriptus
intus, & foris, & scriptæ e-
rant in eo;

LAMENTATIONES
ET CARMEN, ET VÆ.

CH
40



MATHIAS TANNE
e Soc: J E S U

Provinciae Boëmiæ Præpositus Provincialis.

Cùm opusculum , cui titulus est: L
CRIMÆ ORBIS UNIVERS
à P. Mathia Schmuker nostræ Societæ
Sacerdote conscriptum , tres ejusdem
cietatis Sacerdotes recognoverint , ac
lucem edi posse judicaverint : Potest
à Patre Nostro THYRSO GONZALEZ Pr
posito Generali ad id mihi datâ , facul
tem concedo , ut liber typis mandem
in quorum fidem has literas manu
subscriptas , & Sigillo officii mei mun
dedi. Iglavix 26. Novembr. 1688

(L. S.)

Mathias Tanne



T
revertimini et agite pœnitentiam ab omnib^g iniquitatib^g vestris:
cum erit vobis in ruina iniquitas. Projicite a vobis omnes præva-
lentes vestras, in quibus prævaricati esis, et facite vobis cor novum,
cor tuum novum. Quare moriemini? quia nolo morte morientis,
et Dominus Deus, revertimini et vivite. Czech. c. 18. v. 30. 31. 32.
Melchior Haffner sc.
Ex quart. del.

Melchior Haffner sc.

PR

OR

E

Lacr

Quia
tea

Est enim
cūt clām
itaque F
ximē qu
calida ei
rum ferv

(4 S.

• ०४ (१) ०५ •

PARS TERTIA.
LIBER SECUNDUS.
PROLUSIO ASCETICA,
Super
ORBIS UNIVERSI,
Seu
Pœnitentium Lacrimas.

Lacrimæ sunt peccati Diluvium, & Mun-
di pimentum, Nazianz. orat 3.

Quia patiens est Dominus, in hoc ipso pœni-
teamus, & indulgentiam ejus fusis lacri-
mis postulemus. Judith. 8.

Habet Pœnitentia laudes multiplices, secundum
diversas ipsius figuræ & comparationes, (a)
Comparatur autem primo specialiter tribus.
Est enim Pœnitentia sicut aqua calida contra canes, si-
cūt clamor contra fures, sicut arma contra hostes. Est
itaque Pœnitentia sicut aqua calida contra canes, & ma-
xime quantum ad contritionem. Sicut enim cum aqua
calida ejicitur canis de coquina: Sic cum aqua lacrima-
rum ferventium, ejicitur diabolus, & peccatum de ani-

A 3

ma

(a) S. Bonavent: Diæta salut: Tit: 2, cap: 3, mihi fol: 280,

ma. (b) In cuius figura dicitur in Genes̄i, Anna
venit aquas calidas primō in deserto. Anna, qui interpe-
tatur donatus, vel sanctificatus, signat p̄enitentes
aqua calida, id est lacrimæ monstrant p̄enitentis co-
tritionem: Solitudo vero in qua calidae inveniuntur
designat vitam solitariam p̄enitentis, seu mundifi-
cationem, vel meditationem. (c) De qua Ambrosius
lacrimæ lavant delictum, quod voce pudor est con-
teri. Iste est Anna, qui invenit aquam calidam, cu-
pascet asinos patris sui sacerdotis. Comparatur autem
p̄enitens arbori, cuius radix est contritio, si onus con-
fessio, & flores sancta devotio, fructus bona open-
humor gratia diffusio. Vel dicuntur p̄enitentes na-
cati in Christo per humilitatem, extensi per charitatem
operti cordi, & per austерitatem, dantes umbram aliam
bona exempla, & consilia. (d) Unde dicitur in Apo-
calypsi: nolite nocere terræ, & mari, neque arborum.
Haec arbore sunt oliva, vitis, & ficus. Oliva, ad
vi misericordes: ficus contemplativi claustrales: in
sancti prædicatores. (e) Et in libro Judicium dicitur:
quod ficus noluit regnare super ligna silvarum, id est
super homines infructuosos. Est etiam p̄enitentia clau-
stor contra fures, quantum ad confessionem. Ne
sicut ad clamorem fugiunt fures; sic p̄enitentia clau-
sa confessio vel oratio fugat dæmones. (f) Unde
figura hujus dicitur in libro primo Machabæorum, quod
timore Iudei, qui interpretatur confessio, repulit i-

(b) Gen: 36. (c) S. Ambros; lib: 10. in Luc: cap: 22. Tom:
serm: in fer: 3. hebdom: sanct: qui est 48. de temp: tom: 5. (d) Apo:
(e) Judic: 9: (f) 1, Mach: 4.

inimici ejus. Est insuper Pœnitentia sicut arma contra
 hostes, maximè quantum ad satisfactionem; nam sa-
 tisfactio pœnitentis, sicut jejunium, & eleemosyna sunt
 quedam pœnitentis arma. Nam dieit Apostolus: Ar-
 mamenta nostræ non sunt carnalia, sed supple, carnem
 macerantia. (g) De eleemosyna dicitur in Ecclesiasti-
 co: super scutum potentis, & super lanceam pugnabis
 aduersus inimicum tuum. Item Pœnitentia est turbati-
 va instar maris, accensiva instar ignis, & conclusiva in-
 star lepis. Est itaque Pœnitentia sicut quædam maris
 turbatio. Nam sicut mare non emitit immundicias, ni-
 si sit turbatum; sic anima mea non emitit peccatum,
 nisi in se habeat Pœnitentia & contritionis conturbatio-
 nem & morum. (h) Unde de pœnitentia dicitur in
 Threnis: Magna est velut mare contritio tua. Est et-
 iam Pœnitentia sicut quædam ignis accensio. Nam si-
 cut ignis producit fumum de viridibus lignis, sic virtus
 Pœnitentia de peccatoribus educit fumum contritionis:
 & sicut ligna viridia reddunt aliquem humorem per
 virtutem ignis, sic peccatorum oculi erucent virtute
 pœnitentia humorem lacrimosæ compunctionis. (i)
 Nam dicitur in Psalmo: Exitus aquarum deduxerunt
 oculi mei. Et sicut ligna viridia, quæ sunt bene ac-
 censa, fortius ardent, vel calcant: sic peccatores pœ-
 nitentes, qui sunt in igne pœnitentia vehementer ac-
 censi, (k) fortius diligunt, sicut patet in Luca, ubi
 dicit Salvator: cui multum dimittitur, multum diligit.
 Sed sunt multi qui non inveniunt ignem, sed aquam

A 4

crassam,

(g) Cor: 10. Eccli: 29. (h) Thren: 22. (i) Psal: 118. (k) Luc: 7.

crassam , (l) ut dicitur in secundo Machabæorum . Iles sunt qui cogitant vitam suam præteritam , non contritionem , sed ad delectationem . Est item Tentia , sicut quædam lepis conclusio . Nam agnacum ejusdem spinis , quas extrahit de vinea , claudit vineam contra porcos & bestias : sic pœnitens cogitando peccata sua , debet claudere & munire cor suum contra tentationes bestiales & immundas . Hæc est Ipes , de qua dicit sapiens : Vbi non est sepes , non pietur possesso . (m) Quia verè ubi non est Ipos Draco . Pœnitentia , quæ animam claudit contra recidivam , dirumpitur possessio virtutum . Atque hinc confessio debet esse flebilis & lacrimosa , sicut Petri & Magdale-næ , quia misericordia & lacrimæ ad invicem valent amicæ , & idèo ubi est lacrima , ibi est statim amica sua misericordia . Hæc est enim aqua , quam Christus valde sinit : Et nullus fons tantum eum delectat quantum puteus lacrimarum . In cuius figura quietus juxta puteum Samariæ , & petiit aquam Samaritanæ scilicet lacrimarum , à muliere Samaritana , id est peccato anima , (n) ut habetur in Joanne . Lacrima autem , seu fletus emolumenta , & utilitates sex numeratur . (o) Unde nota , quod lacrima spiritum contritum extinguit , ipsum devotum levat , spiritum malignum taciter cœcat , terram cordis irrigat , sitim sedat , orando efficitur . Novem cetera impetrat . Primo ergo lacrima spiritum contritum lavat , (p) Vnde figuratur per mare æneum effectus Annæ tertio Regum . In quo ingressuri tabernaculum lavabunt manus & pedes , id est opera & affectiones . Se

(l) 2. Mach. 1 (m) Eccli: 36. Idem S. Bonav: ibid. cap. 3. punct: 6. (n) Eccli: 4. (o) Idem S. Bonav: ibid: Tit: vii. de Beatitud: cap. 3. (p) 3. Eccli: 1.

rum, & tundit levat animam devotam, scilicet per contemplationem: quod figuratur per diluvium, (q) ut habetur in Genesi: Multiplicatae sunt aquæ, & elevaverunt arcom in sublime à terra, id est conscientiam ad sublimis contemplationis. Tertiò, spiritum malignum lacrima necant, (r) quod figuratur per mare iubrum, ut legitur in Exodo: Vbi submersus est Pharaon, & exercitus ejus, id est diabolus & omnis malignus spiritus. (s) Nam dicitur in Psalmo: contribulasti capita Draconum in aquis, id est tentationes dæmonum in flibus lacrimosis. Quartò, lacrima terram cordis irrigat & fecundat, quod figuratur per fontem Paradisi, (t) ut habetur in Genesi: Fons ascendebat de terra, scilicet irriguum lacrimarum, irrigans universam superficiem terræ, ad producendum fructus bonorum operum: (u) Nam dicitur in Psalmo: Qui seminant in lacrimis, in exultatione metent. Quintò, lacrima & ardorem concupiscentiæ sedat. Sicut contra fumum curritur ad fontem, & contra ignem curritur ad aquam: sic contra concupiscentiæ ignem & incendium, currendum est ad fontem lacrimarum. Vnde dicit Gregorius in moralibus, quod flammam suggestionis extinguit citius aqua lacrimarum. Sextò, lacrima efficeretur orando impetrat. Et nota, quod de hoc sunt novem exempla præcipua in scriptura, (x) Primum annæ; de qua dicitur in primo Regum, quod cum eum esset Anna amaro animo, oravit ad Dominum flens lagriam, quæ à Deo exaudita est. Secundum Ezechiae,

A 5

cui

(q) Gen: 7. (r) Exod: 14. (s) Psal: 73. (t) Gen: 2. (u) Psal: 125.

(y) cui dictum est ab Isaia : vidi lacrimam tuam, & ce sanavi te. (z) Tertium est Tobiae. Quartum Saræ , de his duobus dicitur in Tobia : quod oravit bias cum lacrimis, & Sara similiter , & exaudite preces amborum. (aa) Quintum est Judith quæ d Indulgentiam ipsius fusis lacrimis postulemus, quod fecit, & Deus eam exaudivit. (bb) Sextum David, quo dicitur in Psalmo : Posuisti lacrimas meas in specu tuo. Septimum est Mariæ Magdalenz, quæ pedes Salvatoris lavit lacrimis, & misericordiam impetravit (cc) ut dicitur in Luca. Octava est Petri, (dd) quo dicitur in Matthæo : quod post trinam negationem flevit amare ; & obtinuit remissionem, (ee) Non enim est Christi, de quo dicit Apostolus, qui cum clamor valido & lacrimis offerens exauditus est pro sua reue rentia , scilicet Christus. Propter hanc efficaciam lacrimarum dicit Augustinus , quod lacrimæ violentiam in precibus. (ff) Et Glossa dicit : quod oratio Deum lenit, & lacrima cogit.

Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Matt. 4. v. 5.

Provida mente, & profundo cogitatu cognoscunt duo rerum distincta negotia : (a) id est, quantum distat inter bonum & malum, nec aliundè hæc cigitatio , quæm à primordio repetenda est. Quid aliud malum , quæm peccatum committere ? quid bonum , quæm agere pœnitentiam pro commissio? Ha

(y Isa: 38. (z) Tob: 3. (aa) Judith: 8. (bb) Psal: 55. (cc) Luca: 10. (dd) Matt: 26. (ee) Hebr: 4. (ff) Gl: Tob: 4. (aa) S. Chrysostom: 5. serm: de Pœnit: mihi folio 1188. &c.

am, & discretio utriusque negotii. Serpens in Paradiso
 artum peccatum suasit. Hec pœnitentia reclusit, & inde
 ravit boni malive origo. Quis Deo dignior quam David?
 dite Et tamen deliquerit. Qui cecidisset de culmine, si non
 que di scille compunctus. Quis sceleratior Manasse? Et
 , quod hoc pœnitentia revocavit. Pœnituit Deum quod
 David. Si uolum Regem elegerit: quapropter? nisi quia idem
 s in co penitentiam ignoravit? Quis sapientior Salomone?
 nz, qu Sed nequissimus pœnitentiam, perdidit gratiam. Et ob hoc
 impene dum est: Concepit dolorem, & peperit iniquitatem.
 , (dd) Concepit peccator delicti dolorem, & si non pœnitue-
 gatione- rit, parit sibi mortem. Parvulus antequam prodeat ex
 Nonne- utero, dolor est Matri: Postquam vero editus fuerit,
 clamor sua re- venit ei gaudium, peccatum vero conceptum coluber
 iam late- sit in praecordiis hominis, parit mortem, nisi fuerit
 dentia in- penitudine expiatum; Peccati conceptio serpens est in
 io Deu- praecordiis latens. Consummatum venenum spirat, &
 onfisi lethiferum generat morbum. Qui peccatum parit, in
 nosci- judicium cadit: & si neglexerit, in ipso manebit. Na-
 est, quo- tum suum mulier libenter perlactat: natum vero pecca-
 tare ubies? Et quid ille? Vocem tuam audivi, & timui:
 Quid quia nudus sum, & abscondi me; Timui. Quare?
 quid Quia peccavi. Abscondi me. Quare? Quia nudus
 fio? Ho- sum, & erubui: quia ergo expulsus est Pater per pecca-
 tatum, revocantur filii per pœnitentiam. Nam quod pec-
 tatum clausit, pœnitentia reseravit: & de quo ira præ-
 cipita-

CH
4

cipitavit, pietas revocavit. Qui non pœnitit modi nullus manebit in umbra mortis: qui vero timet Deum nobis per Pœnitentiam illustratur. O Pœnitentia, quæ per diens eatum miserante Deo remittis, & Paradisum referis quæ contritum sanas hominem, & tristem exhilares dignos vitam de interitu revocas, statum restauras; honorum renovas, fiduciam das; & reformas vires, gratiam te David abundantiorem refundis. O Pœnitentia, quid de domum novi referam? Omnia ligata tu solvis, omnia ruit fides luta reseras, omnia adversa tu mitigas: omnia contra quam tu sanas; omnia confusa tu lucidas: omnia desperata filius pœnitentias animas. O Pœnitentia rutilantior auro, splendida xum, sole, quam non vincit peccatum, nec defectio superbi sagitur nec desperatio delet. Pœnitentia respuit avaritiam per te horret luxuriam, fugit furem, firmat amorem, queat superbiam, linguam continet, componit mores, odit malitiam, excludit invidiam. Perfecta Pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter sufferre: si vis, latus querat quæ habet, non vetat; si vestem dirimuntur, non refragatur, percutienti maxillam, præbet alteram, jam angariatus ultro adiicit: castigatus gratias agit, provocatus tacet, exasperatus blanditur, supplex est, interiori subjacet: in corde ejus contemplatio est, in ore confessio, in opere tota humilitas, Hoc am decet perfecta & fructifera pœnitudo. Sic pœnitenti præcognitus est Deus, esurienti nutritor, sitiensi potator. Sapientiam marum quod stultum putatur, sapit: quod triste est, placuisse lacrimat: quod male est, displicer: quod fluxum est, homines parvum. O Pœnitentia misericordiae mater, & Magistra virtutibus tuum, magna opera tua, quibus reos resolvis, ac reficeris videris.

et nos delinquentes, lapsos relevas, recreas desperatos. Per te
 nos Christus regnum cælorum appropriatum designat
 quæ dicens: Pœnitentiam agite, appropinquavit enim re-
 n regnum Cælorum. Ita & Baptista clamat: Facite fructus
 exhibet dignos pœnitentiæ, quoniam ecce adest regnum Dei.
 honoris Petrus subito rapuit latronem Christus ad regnum: per
 David post flagitium felix, iterum recepit spiritum san-
 quidem; per te Manasses post cruenta facinora ecce me-
 omnia ruit fieri acceptabilis: per te Petro Apostolo, post
 quam ter negavit, dura est indulgentiæ dextera: per te
 speratus filius prodigus regressus ad Patrem, non solum ample-
 blendum, osculandumque paternum, sed etiam epulum virtu-
 superbi saginati, vestemque insignem præmeruit adipisci:
 variatione per te mulier tornicaria uberes stillavit lacrimas, fon-
 rem, & que sui baptismi protinus lavit pedes Christi, criné-
 it moremque detergit: per te Ninive civitas magna populusque
 Pœnitentia barbarorum subito Deum sapuit, virtutem
 ; si vis tuam sensit, odorem tuum accepit, saporem tuum
 dirimus, dulcedinem tuam gustavit, cilicum contra-
 alterantur, cinerem tuum comedit, jejunium tuum pro-
 ficiat, lacrimas tuas profudit, gemitum
 super tuum, suspiriumque persensit, fructusque ubertatis
 is conatur abundanter exhibuit, & sic per opera tua non so-
 . Hoc decretæ mortis discrimen evasit, sed etiam vitæ
 anti præ cognitæ coronam accepit. &c. Magnus profectus est
 . Sapientiarum, ut plorando servus propitiet Dominum,
 ist, placitus lacrimis mitiget patrem, & asperam matrem plo-
 , hominem parvulus mulceat. Ita ergo & peccator profusis
 tra vinceribus temovet iram Dei, reformatus in ipso. Cu-
 ac refidere Timotheum Paulus propter fletum, De-
 sidero,

sidero, inquit, videre te, memor lacrimarum tuarum
 & David dicit: Venite adoremus, & ploremus coram
 Domino, qui fecit nos: & iterum: fuerunt mili-
 crimæ meæ panes die ac nocte: & : potum meum
 fletu miscebam, stratumque meum per singulas nobis
 cum lacrimis rigabam: & iterum: Deus vitam meam
 nunciavi tibi: posuisti lacrimas meas in conspectu tuu-
 tanquam si diceret: suscipe domine lacrimas na-
 quoniam lacrimæ sunt, quæ radunt ruderam
 sanant vulnera: lacrimæ sunt, quæ pœnitentia
 armant, & indulgentiam provocant, lacrimæ
 quæ cælum pulsantes, crimina delent, & conscientiam
 degravant. Sonant in ore pœnitentia verba, &
 vent in pectore pietatis veniam: Et impletur caput
 tumescunt oculi, rigantur genæ, decurrunt rivuli
 Deus indulgentia mentem exhilarat. Lacrimæ familiari-
 quæ reconciliant Deo, a peccatis redimunt animam
 sanant languores ejus. Sordentem animæ vestem
 crimæ lavant, & dant illis remissionis candorem.
 Quid times pœnitentiam? Nihil tam durum, quod
 deleat: nunc cum gustaveris, tunc præsentis, quoniam
 suavis est, & odor ejus in naribus, & sapor in bu-
 bus, &c. (b) Obsecro, flagito, supplico, ut hic pudicum
 cata nostra deploremus & lugeamus: doleamus obstatu-
 mūm
 hic verba, & non lacinabit nos illic vermis venustus, &
 sus: Urat nos hic increpatio, & non uret nos illic obsequio

¶ b Idem serm. de pœnitentia & Confess: mihi foli. 119. in
 cipio. ¶ Fl
 103: ca

*m tuar
nus co
nt mil
neumo
ulas no
meam
eciu
as
era,
enitentia
rima lu
nscrier*

benna ignis. Consectaneum erit, ut qui hic lugent, illie consolationem accipient; qui vero hic rident & de-
litantur, & in peccatis jacent, neceſſe omnino, ut illie
vident lugentes & plorantes, & dentibus frendentes.
Non meus hic sermo est, sed ejus qui judicaturus est
nos, Beati, inquit, lugentes, quoniam ipsi consola-
tionem accipient. Væ vobis qui ridetis, quoniam plo-
ribitis. Quantò nunc melius temporalem conpunctio-
nem & brevem iuctum mutare bonis, & voluptati-
bus finem non habentibus, quam post brevem & mo-
mentaneam vitam hic ridentes, abire illuc perpetuò
pluriendos.

Onatius Ornarius Ducalis sanguinis heros, & Princeps Ardachadeni filius, contemptis Mundi falshonoribus, opibus & gloria, sacram S. Francisci familliam ingressus, ob fidei Catholicæ veritatem & constantiam, quod nollet sacrilegis Proregis intentiobus & votis (Angliae Reginam esse caput Ecclesiæ) assentiri, & subscribere, in teturum Carcerem, unde cum Majonensi Episcopo Ochelio Patricio in Hibernia, abceptus, gravissimis tormentis afflictus, excarnificatus, in supremo suppicio affectus, nepotem suum Candidum Ornarium, ut Mundi vanitate, sanguinis clausus contundine, aulæ periculis, profanis litteris, inflantibus deinceps scientiis. &c. abdicatis, sanctioribus studiis & asceticis in animæ salutem disciplinis, in Dei os illuc sequio, se addicat, futuræque æternitati, piarum lacrima-

(*) Florimundus Reimundus lib. 6. de ortu, progressu & ruina Hg.
in cap. 20. sub finem.

Iacrimarum incitamento , suo , & aliorum animatus
emplo , saluti viam temporis disponat , & amic
net & paternè adhortatur.

APOSTROPHE AD EUNDEM

Ex S. Paulino epist. 36. ad Jovium Tributarium

OMNIUM Poëtarum floribus spiras , omnium O
rum fluminibus exundas , Philosophiae quoq
tibus irrigaris , peregrinis etiam dives litteris , os a
favis imples . Quælo te ubi tunc tributa sunt , cùm T Mundi
lum & Demosthenem perlegis , vel jam usitata
de saturitate fastidiens lectionum , Xenophontem ,
tonem , Catonem perlectos revolvis , multosque pr
terea , quorum nos fortè nomina , tu etiam volu
na tenes ? Ut istis occuperis , immunis & liber ,
Christum , hoc est , sapientiam Dei discas , Tri
rius & occupatus es . Vacat tibi , ut Philosophus
non vacat ut Christianus sis . Verte potius sententia
sis Dei Philo'phus , esto Peripateticus Deo .

Ex S. Proþero in sententitis.

DIvitiis , & floribus , & Majorum Nobilitate
et: de Patria & pulcritudine corporis , &
noribus , qui tibi ab hominibus deferuntur , te ex
respice te ipsum , quia mortalis es , & quia terra es
in terram ibis : Circumspice eos , qui ante te sideri
sere splendoribus : ubi sunt , quos ambiebant circ
potentatus ? Ubi insuperabiles Oratores ? Ubi
convenientius festa disponebant ; Ubi equorum fo

imatus dñnitatores? Ubi exercituum Duces? Ubi Satrapæ
amicè tyranni? Nonne omnia pulvis? Nonne omnia fa-
mila? Nonne in paucis versibus eorum vitæ memoria
est? Respice sepultra, & vide, quis sit servus? quis
DEM Domus? quis Dives? discerne, si potes, victum à Re-
utari ge, fortè à debili, pulcrum à deformi. Memor itaq;
im Or esto ni, ne aliquando extollaris: memor autem eris, si
quoq; te ipsum respexeris.

Ex D. Eucherio Episcopo Lugdunensi, qui
cum Mundi Vanitatem deplorans, ab hac Valerianum cognati-
tum suum avertere laborat: ipsi met oculis præsen-
tissimè ingerit defluentium rerum vilitatem.

A Gitur humanum genus, inquit, rapida in occasum
mortalitate, omnisque posteritas succendentium sæ-
culorum lege decurrit. Patres nostri præterierunt;
nos abibimus, posteri sequentur: velut ex alto undarum
actus, aliis atque aliis supervenientibus, in littoris ex-
tremo franguntur: ita ut in terminum mortis succidiæ
aliquidunt ætates. Quidquid est, illarum rerum faci-
es, adumbratis quondam nitoribus expolita jam obsole-
ta, omnisque fucatus splendor intercidit. Vix jam
nihil habet Mundus, ut fallat, periit imago illa rerum ad
decipendum usque decora. Prius nos seducere vero
agitabat fulgore: non poterat: propè jam non valet
ipsa nos falsa ostentatione corrumpere. Solidis bonis
carebat, ecce deficit etiam caducis. Non hunc, aut ad
tempus speciosa ornant, aut imposterum mansura con-
sumant, nisi nosmet ipsi decipimus, pœnè Mundus de-
spere non potest. Sed quid dissimulamus ea ex pre-
mere

B

mere quæ fortiora sunt ? Dissipatas loquimur opes
di, cùm jam ipse Mundus in finem suum vergens,
tiis agatur extremis. Quantò istud majus & gr
est, quòd jam ipse non in longum erit ? Quid co
moramus attritam ejus rem & supellecilem ? Ne
meritò in defectum viribus ævo non sumptis urge
adminiculisque suis destituitur, cùm jam in senium
tanti onere sucumbat. Postrema Mundi ætas re
st malis, tanquam morbis senectus. Visa sunt, vi
turque jam dudum ista cano sæculo : fames, pestilē
vastitas, bella, terrores. Hi sunt in ultimis jam
langvores sui : hinc sæpè illa cernuntur signa, morbi
terrarum, permutatæ temporum vices, monstrosa
mantium fœcunditates : quæ omnia adhuc proce
tis prodigia sunt Temporis, sed jam deficientis,
enter opinor, omnia & cum nervo, dignâgue Euchœ
qui magnorum sui sæculi Pontificum longè Maximu
men retulit.

O D A.

Quid doctos terimus Candide codices,
Fatis interea dura legentibus
In nos de rigido carmina pulpito ?
Fuscamus cerebrum nube, Cleanthicus
Doçum luminibus: volvimus indices,
Et curas vigili dicimus Helpero
Facturi invidiam lumine Phosphoro,
Noltræ non memores, quām niteat brevis
Fax vitæ impavidis, forsitan in ultimas
Cessuræ tenebras & tumuli Scrobem.
Sic horas studiis ducimus ebrias
Lassatæsque dies: infatiabilis

Vitam surda terit lima Scientiæ,
 Virésque attenuat glòria Nominis
 Longis ingenii parta caloribus.
 Instillat cyathis toxica melleis,
 Et virus sapiens Palladis amphora,
 Sacris amphora circumdata laureis,
 Et Phœbi pateræ: dulcior influit
 Magnarum rabies & furor artium.
 Torqueri volupè est: dulcè jugum pati:
 Ambimus stimulos, quos Sapientiæ
 Infligit cupido dextera vertici.
 Atas pulsa fugit: prætereunt dies,
 Succedunt refugis tempora solibus
 Morborum vario armata satellite.
 Ornari, satis est: quid juvat ossibus
 Succosam studiis per vigilantibus
 Exturbare animam? robur & intimus.
 Nervorum vigor abstergitur, & suum
 Ætati pretium: viva eadavera,
 Et mortes gerimus vultibus, & phthyses,
 Et putres spuimus tussibus hecicas.
 Et quæ non parimus semina mortuum?
 Flagrant iætericis ignibus ilia,
 Internisque ferox fulminibus furit
 Atræ fæx cholerae: fluctuat, æstuat
 Tempestas animi: mens hypochondricis,
 Ceu navis pelago jaeta, tumultibus
 Tres Orci queritur visceribus Deas,
 Aut pectus, Titii carpere vulturem.
 Non ignota loquor: dum premimus libros.
 A Fatis premimur: carinina scribimus,
 Et falsa celebres arte Philippicas,
 Et multo nova sudore volumina:
 Ast in nos digito scribitur Æaci

Vitæ ultima sententia judicis.
 Experto nimiūm crede: quid ambias
 Famæ progeniem, nominis & decus
 Immortale tuis Candide litteris?
 Si quæ notitiæ materies tuæ
 Magnorum steterit chara favoribus,
 Livoris rabies, & mala mentium
 Pestis, continuo nominis æmula
 Longis invidiæ te scabet unguibus.
 Serò cum Phrygibus quot sapiunt? suum
 Qui vitæ dederunt manè scientiis,
 Ætatisque diem Palladis artibus?
 Tandem continuo acta laboribus,
 Morborūmque gravi exesa teredine
 In se vita ruit: canus inambulat
 Anhosusque dies tempora: Ver fuit.
 Et nusquam est: vetulam totus in arbore
 Majus computruit: transit in gelu
 Ætatis melior flamma Decembrium,
 Ignavásque nives: nulla caloribus
 Sacri vena fluit verticis: entheus
 Torpescit gelido spiritus in foco.
 Parnassus viridem gestit Apollinem,
 Et flavam capitis cæsariem, chorus
 Ter ternus, geminai verticis, & gelu
 Languorémque fugit carminis oslei,
 Elumbésque modos: non facit ad lyram,
 Alternósque pedes nænia flebilis.
 Explodunt tremulam Castalides manum,
 Et tussim vetuli carminis, excreat
 Quæ vix non animam cum pedibus gravem,
 Daphnem Bruma fugat pallida verticis,
 Hanc & Virgo fugit Thessala Stiriam.
 Daphne sueta rosis non nive cingier.

Non incana tegit tempora laurea:
 Nec blæflos sequitur gloria Rhetores.
 Orator vario Tullius aruit
 Felix eloquio: flumina Rhetorum
 Jam frustrà Latiis dœcta liquoribus
 Effætom afficiunt: non tonitru ruit,
 Nec suadæ feriunt fulmina porticus.
 Hæret pumiceis totus in ossibus
 Fracta voce silex: cedo: quid exedras,
 Et Demostheneas sollicitem stolas?
 Sudoris satis est: gloria vellicet
 Inconstans alios: pulpita laureas,
 Et famæ titulos, qui cupit ambitu
 Quæret sollicito: me juvat unicè,
 Quamvis Palladiæ dote scientiæ
 Olim conspicuum, sanguine splendidum,
 Fortunatum opibus, nobilibus procul
 Abstractum invidiis, sub lare paupere,
 Spretis divitiis, gloriâ, honoribus,
 Mundo, delitiis, prosperitatibus,
 Pompis, obsequiis, spebus, amoribus,
 Clarâ stirpe Ducum, sanguine Principum,
 Arcanis Superum consiliis frui.
 Stultus divitias Terrigenûm furor
 (Auri sacra famæ) in cumulos legit,
 Et census numerat, nobilem atrocibus
 Tormentis animum subjicit, & jugo
 Plusquam Bistonio barbarus opprimit:
 Curarum pelagus, tristitiae fretum.
 Et Scyllæ scopulos (sollicitudinum
 Formidabilem saxa) domesticæ
 Præceps ingreditur: qui Babyloniis
 Fortunis inhiat, fit Titius sibi
 Pascens Tænarium pectore vulturem;

Quantumcumque premat cista pecunia,
 Auri dira famæ non satiabitur,
 Numorumque sitis: lcrinia turgeant
 Argento, sed opum semper inania
 Sunt desideriis vota perennibus.
 Torquentor miseri semper, & improbis
 Sudat subdita mens anxietatibus,
 Infelix sibi: qui stare beatior
 Paupertate sua possit, & omnibus,
 Contentus modico, delitiosior
 Regum lautitiis paupere sub penu.
 Contemptis opibus qui populo miser,
 Infelix, & inops creditur, aureis
 Fortunatior est, ac opulentior
 Thesauris Arabum, & divitiis Phrygum:
 Hic ipsis superis invidiam movet,
 Frugalis vacuum quem sapientia
 Vulgi colla super sublevar' altius.
 Virtus splendida sub paupere mantica
 Lætos, tristitiae nescia, agit dies,
 Quando veste gemit sub Tyria Mydas,
 Tristem pauperiem vidi opulentibus
 Fortunæ imperio bile frementibus
 Imponi Æmiliis: paupere Regiam
 Quadrâ, & Cæsaream furfureo gulam
 Fasci farre: Codris, Callicrates pares,
 Fasces Romulidum, fascibus arborum
 Festo Chaoniis igne crepantium:
 Vidi Tarquinios, quos Babylonia
 Gemmatis coluit purpura fibulis,
 Claros imperio, sanguine, viribus,
 Exutos trabeâ, torque, potentia,
 Regni præsidiis & diademate,
 Et sceptro & solio, paupere penula,

Et eentone tegi: fascibus inclytos
 Et bellis celebres laurigeris Duces
 In cæno Marios! & Dionylios,
 Raptis Imperii clavibus, exules
 In ludo graphium ferre Didascalos
 Contentos pretio vilis edulij.
 Et cingi tuoica pauperis Ibici.
 Præstat sponte sua quærere, quām metu
 Fortunæ impositam pauperiem pati,
 Tortores loculos, carnifices opes
 Virtutis studio spernere masculæ.
 Et plantâ premere, his quām dominis premi,
 Et cordis furiis continuis agi.
 Soli me mihi do: sufficio mihi:
 Non desideriis jactor inanibus:
 Cræsus divitias, Irus habet nihil,
 Exoptatque nihil: pessima Divites
 Curarum exagitat sarcina Pauperess.
 Nullo pauper eget: num tunicâ aureus
 Aut ferruginea cyclade laneus
 Pannosusque hat, nil humili interest.
 Non uror Tyriæ vestis amoribus:
 Sat cultus veteris vellere tepiae
 Agnosco cineris pauperiem mei.
 Sic nullo tumidus murice, neminem
 Sub vili miserum terreo gausapa
 A nullo pavido: non vigil anxias
 Insomnesque queror sollicitudines:
 Non curis animum, nulla tumultibus
 Pax interna quatit: nunc hilaris premo,
 Quantis invidiæ nata fayentium
 Magnatum steterit fama doloribus.
 Aulai satis est: vincula, compedes,
 Formosasque cruces: mille pericula,

B 4

Et

Et Syrtes pelagi, & mille voragine^s,
 Et navifragia, & funera prodiga
 Mercatur fatuus caupo libidinum,
 Aulam quisquis amat : fallit inanibus
 Hæc pa^ctis animum : pascit amoribus
 Vanis implicitum, lac^at honoribus.
 Hunc aulæ favor ad fidera sublevat ;
 Illum ad Tartaros præcipitat specus,
 Stringit compedibus, carcere, vinculis,
 Infamiq^{ue} probro damnat, & ultimis
 Condemnata metit colla securibus.
 Hunc Sors immodicis laudibus evehit,
 Illum invisa premit dente calumnia.
 Hunc lambit labiis melle fluentibus,
 Illum nectareo toxicō inebriat,
 Et fel vipereum inspirat ab osculis.
 H^ec Fortuna suis utitur artibus,
 H^ec versuta dolis ludit in Aulicos;
 H^ec vafrum ingenium exercet, amabilis
 Umbræ. semideos fallit imagine,
 Apponitque oculis vitra triangula,
 Augentésque tubos, ut videant nihil
 Immane, & fatui se diademata,
 Et sceptr^a, & trabeas Orbis, & omnia
 Terrarum imperia, & divitias putant
 Se vias manibus prendere, comicis
 Delusi speculis: somnia inania,
 Et mendacia confusa tenent, brevi
 Lapsura in nebulas, & celeres Notos;
 H^ec, est mancipium vivere splendidum,
 H^ec, nunquam est placidum cernere Cynthium
 Innubesque dies : sunt nebulæ aulicæ,
 Sunt umbræ scelerum : quò tegitur magis
 Vindicta, invidia, ira, ambitio, dulus,

Tantò est nobilior gloria criminis,
 Exoptat tenebras aulica noctua,
 Noctem nycticorax, ne nitcat jubar
 Sub caligine larvale superbis,
 Obscuros adeunt lucifugialites,
 Babonésque, nigros quēislateant specus.
 Mentes larva tegit: Verba bilingua
 Cælant nequitiae nomina callidæ.
 Hic, monstrum est, animum cernere candidum,
 Et mente in niveo pectore lacteam.
 Cunctis fucus inest, & spurius color.
 Mitem fert placida fronte columbulam,
 Agnillum alloquo simplice candidum,
 Intus corde gerit fauciū histricem,
 Rodentemque feram pectore viperam.
 Spirat composito ex ore serenitas,
 Tempestas animo fulminat & furit.
 Hic aulæ furor est abditus, anxius,
 Qui multos jugulat: vertitur ut rota
 Mentis continua asperitatibus,
 Et toto gerit Ixiona corpore,
 Ad suprema suæ granula clepsydræ.
 Non est ferrea constantia lusibus
 Terrenis, nec homo, qui stabilis sibi
 Constat forte pari, nec sapientiæ.
 O quantum vacuum est rebus in omnibus!
 Quantum stultitiae, luxus, opes, honor!
 Eheu! ludimur & ludimus! inscii
 Quæ nos fata manent ultima temporis?
 Fausti prætereunt pennigeris dies
 Vitæ celères rapti Aquilonibus,
 Pejores subeunt nobilioribus
 Pulsis in nihilum: vix orimur, mori
 Mox nos fatajubent: fluminis in modum

Veloꝝ tempus abit: diffugiant dies,
 Horānque hora fugat: labitur hebdomas,
 Haec mensem acta trahit: mensibus abditis
 Annus cuncta suo terminat exitu.
 Æternū nihil est: in miserabiles
 Festinant cineres omnia: concidunt
 Congesta in tumulum augusta palatia,
 Æquanturque solo: sic nihil eminet
 Quod non falce cadat temporis invidi.
 Nil tam magnificum stare perennibus
 Quod possit basibus: sic nihil invium
 Quod non Fata suo præcipitent pede,
 Quod Fortuna suā non quatiat rotā.
 Ne fide huic placidum cūm semel explicat
 Frontis lāta jubar: ridet & oculā
 Offert prona tuis mellea basiis,
 Expanditque sinus: brachia, brachiis
 Importuna tuis iniicit, allicit,
 Affectusque rogat signa reciproci,
 Addit verba dolis, aurea, hyssina,
 Mellistincta favo, nectare, Sefamo,
 Omniq[ue] ambrosia Rhetorici tropi,
 Meritatūque fidem comis, amoribus.
 Heic ne crede Deæ: Dalila, Dalila
 Personata latet: palpat & implicat
 Te captum propriis crinibus, & suis
 Incautum laqueis: Virginis exuit
 Et frontem & faciem: pellicis induit
 Circe blanda genas: Tyndaris est fide,
 Voltu Proteus instructus in omnia, &
 Mutari facilis corpora fraudibus.
 Quas Fortuna vices, quos variet modos
 Expertus didici: gratia Principum
 Radix invidiæ, perfidiæ comes,

Fomes dissidii , suspicionibus ,
 Offensis , odiis , seditionibus
 Infontem afficiunt : tela calumniæ
 Improvisa petunt , & faciunt reum.
 Infectos quoties Nominis æmulos
 Et famæ insidias ingenuæ aulicas
 Pressa voce tuli ? fulgura & horridæ
 Tempestatis aquas , fulmina , grandines
 Excepi clypeo pectoris æneo.
 Præsens canities roscida lacrimis
 Morbi , & debilium rodera virium
 Aulæ præmia largissima splendideæ
 Consignata gravi muta silentio ,
 Insignique animi sunt patientiæ.
 Afflicti tineas pectoris , & graves
 Quot læso dolui corde teredines ?
 Tanti pompa stetit vana Favonii ,
 Aulaique favor , mæstria seges .
 Uno fonte fluit gratia Principum ,
 Et livor parium : qui minor , invidet :
 Odit par : humilem despicit alior ,
 Virtutemque premit flagitosior .
 Uni sufficiat vivere Principi ,
 Auctoriqüe Deo : cui dedit affatim
 Naturæ Dominus , provida corpori
 Cui Natura satis : sufficit : amplius
 Quid frustra cupiam ? non Lybiæ fera
 Infarto rabidus ventre furit Leo ,
 Non Massyla tigris cùm posuit famem .
 Virtus delicias odit , & ebria
 Spumantis Bromij cymbia , naufragat
 Mensarum illecebras , emoritur gulæ
 Inter luxuriem : quid Sibariticæ ,
 Quid mensæ Syriaæ , quidve Vitellii

Abro.

Abronisve epulæ , luxus Apitii,
 Impensæ Antonii , cæna Cleomenis ,
 Cambysisve dapes , sint , satiabilis
 Ignorat modico : spernere regias ,
 Lente , & caule satur , docta cupedias .
 Naturam , stomachum , & non trepidam famem
 Convivas habet , & pane , fabâ , cibo
 Pastos tam facili sobria recreat ,
 Ultra quid cupiat , si modico est satur ?
 Natura & stomachus non petit amplius .
 Tota est summa , satis . Non peto Cæcum
 Campanumve merum : Lesbia turgidis
 Non infusa Scyphis vina , nec aureis
 Decertata gulo mastica poculis .
 Non pingui recreat polline spumeus
 Excoctus lupulo zythus : ab obvio
 Placo farre famem : me saturat nigro
 Incrastata Ceres cortice (quam suis
 Exceptura Deos hospitibus dedit
 Baucis Numinibus Majugenæ & Jovi)
 Non mandi vetulis faxea dentibus ,
 Non fractis stomachi dura caloribus ,
 Sed cuicunque Seni cerea digeri .
 Afluenta exiguis pascere ferculis
 Dimensoque famem : non gula nobiles
 Ardet delicias : Sat mæ panico
 Sat vivit levibus lautia pultibus .
 Nulli dura coquo , lymphæ domestici
 Fontis , grata suo frigore , sobriam
 Sedat pota sitim ; cui satis omnia
 Ad gustum faciunt : Phasis Achæmenem
 Insuetis satiet lauta volueribus :
 Me robusta ceres , atque animi quies
 Nullis invidiæ mota caloribus

Ad votum saturat : non furor Imperi
 Zelantis famulos sub juga poplites,
 Et, quæ nescio Decreta Quiritium
 Constantes animi præcipitan bases.
 Austerus cilium concutiat Cato,
 Immittat rigidum palpebra fulgetrum,
 Linguae Fabricius fulmina torqueat.
 Assuetum Curiæ grandinibus caput
 Evibrata Jovis spicula terrei
 Immoto capiet vertice. Mens sibi
 Ipsa est praesidium criminis infia:
 Scutum tutæ gerit pectore, qua potest
 Inconcussa metu dicere, sum innocens.
 Læsus iustitiam non paro vindicem:
 Non appello Deos, nec superum foras.
 Nec consulta novis pulpita jurgiis:
 Nulla bile micat vena : perambulat
 Puro sanguineus fonte per artuum
 Diffusus latebras pectoris alveus.
 Non rodit nocuo Palladium meæ
 Famæ callidior dente calunia.
 Tempestas tonitru nulla nec imbribus
 Improvisa ferit fulmine : nubila
 Nec mentem nebulæ præcipites agunt,
 Obnubuntque diem : quotquot eunt dies,
 Puro sole micant : pullulat otii
 Exoptata seges : divite copia
 Dispensat superum gratia gratias.
 Quæ curæ vigiles, quis labor & pavor
 Alto sollicitos qui folio sedent
 Enervent, hilaris nescio : quid regi
 Sit, latus didici : quid regere, haud peto;
 Nec, si forte velim, eonvenit, aut decet
 Devotum Superis : pauperies mei

Regnum

Regnum magis habet, faustius omnibus
 Terrarum imperiis, tutius, altius:
 Regnum est quod teneo, gratia Numinis.
 Regnum est quod cupio, gloriae calitum:
 Regnum est ipse Deus Trinus, & Unicus,
 Cuius servitio vivo beatior,
 Quam Mundi tumidis Magnus honoribus,
 Regnis, divitis, praesidiis, potens:
 Non tanti celebres ambo lacrimas:
 Non ut pœnitentiam delicias emo:
 Pauper possideo nil, cupio minys,
 Apponoque lucro vivere pauperem,
 Securamque mei; ditior omnibus,
 Quas auri cumulat divitias amor,
 Hic solus locuples, qui patrimonia,
 In solo posuit, votaque Numinis,
 Et virtutis opes: hic adamantino
 Clausus vecte jacet, tutus ab omnibus
 Thesaurus manibus Spartali & Harpalii.
 Nulli hic Autolici decutunt seras,
 Effringuntque lares: hic posuit loco
 Tuto pauper opes, qui nihil expetit,
 Nil ambit nitidum quod sapiat lutum.
 Multum est: quod satis est: si cupid amplius
 Ultra, jam nimium est: non humilis sitis,
 Non discreta fames lauta triclinia,
 Ut placetur, amat; dulcè suo sapit
 Nativa vitreus fons ab origine:
 Et de rupe ruit gravior unda, quam
 Si de vase fluant massica gemmeo,
 Sic Rex ipse mihi; nullius indigus:
 Contentus modico: me rego; cæteris
 Alto consilio mandet & imperet
 Curas quisquis amat; jure coercedat

Aut frangat populos legibus: ambiat
 Flexo servitum poplite: sidera
 Sublimi feriat vertice, & ætheri
 Inscribat titulos: *nominacriminum*
 Magnorum jaciunt semina: pullulat
 Infelix lolium; fructus honoribus
 Maturat vitium; plena periculis.
 Et subjecta citis gloria casibus.
 Virtutem jugulat: jura potentiae
 Extollant alios; fulminis integrum
 Sedem prebet humus; me genus & decus
 Exornat veterum nobile Principum.
 Antiquæ genus illustre Britanniae
 Deductum Proavis grande potentibus.
 Heros (stirps vetus) Ornarius Anglicis
 Exortus Ducibus: sanguine splendidus,
 Excelsis mage virtutibus: omnibus
 Regni altior est, sub pede qui premis
 Et sceptra & trabeas, & diademata,
 Et de dira throno fulmina regio,
 Vibratasque minas: quotquot acinaces
 Aut tormenta furor, vel potis hæresis
 Nudis carnificum stringere brachiis,
 Forti fronte gerit: pro Fidei lucro,
 Aris, atque focis, Romulidum Sacris.
 Pulcrum est magnanimum fundere sanguinem:
 Hic murex meritum dat pretium Duci,
 Et pulcris decorat stemma coloribus,
 Virtutiique lacrum, & nobile Martiæ
 Deductum à Tritavis & Proavis decus
 Reddit splendidius. Sum Procerum nepos
 Tantorumque Ducum progenies Patrum:
 Non me magna tamen purpura sanguinis
 Extollit patriæ nescium originis

Qna

Qua me terra parens , omnibus æmulum
 Iris atque Codris non tulit imparem.
 Stet quicumque volet culmine lubrico
 Mundi , séque potens misceat ætheri,
 Attingat tumido fidera vertice,
 Infra se Boreæ rideat impetus ,
 Et Caurifurias; nubila sub pede
 Contemnat: melior me saturat quies :
 Obscuro positus liber in angulo
 Expers invidiæ : perfruar otio ,
 Quod non diminuat cura , nec anxia
 Formido , nec edax tinea gloriæ :
 Nullis per tacitum nota Quiritibus
 Ætas acta fluat tempus: in aurea
 Sic cùm pace mei transferint dies
 Nullo cum strepitu , aut turbine nibili ,
 Divino obsequio compōitus senex
 Plebejus moriar: cœlicolūm chorō
 Soli notus: ei mors gravis incubat ,
 Notus quipopolis est nimis omnibus ,
 Ignotus moritur deficiens sibi.
 Paucis multa loquor: plura nec interest
 Ornari populum scire: recondere
 Quæ muto est satius pressa silentio .
 Ornatus satis est, cùm proba nobilem
 Virtus progeniem duxit ad æthera.
 Raro magna vacant nomina criminis :
 Hac quo densa loco se cumulaverint ,
 His virtus laribus nobilis exultat:
 Virtus est humili sublare tutior,
 Quam Regum Assyriis tecta palatiis.
 Pes affixus humi non amat ardua
 Casu præcipiti culmina gloriæ ,
 Nec vulgi imperium ; me titulis juvat,

Et servum positis vivere clavibus.
 Frons privata placet : mēnsque potentiam
 Submissis humeris ferre jubentium.
 Tanti non mihi sit scire , quis imperet ;
 Subjecto imperium sit satis obsequi,
 Mandatisque premi : servio sub jugo
 Quod non colla gravat, non humeros terit,
 Non vires nimio pondere deficit :
Suave est, & leve, cùm Numen amantibus
Nil sit difficile aut arduum : obaudio
 Arcanis superūm nutibus ; arbitrum
 Quod-me-cunq; jubet Nomen , id exequi
 Est in delitiis ; id lubet unicūm
 Æternæ arbitrio stare Potentiæ.
 Felix sollicitis nuda negotiis,
 Aularūmque procul seditionibus
 Mens semota suo tuta silentio,
 Que cùm lætitias, & mala gaudia
 Infamēsque choros, festa, libidines,
 Dircēasque agitat Mundus ineptias,
 Gaudet delitiis, quas superūm favor
 Indulget lacrimis dulcè madentibus.
 Odulces lacrimæ ! currite, currite,
 Irrorate genas ! vos mea semina
 Inter moestitiae jacta frequentiam
 Fructus nata, metam gaudia cœlites.
 Vos potus lacrimæ, vos lacrimæ cibus,
 Vos nectar mihi, vos ambrosia & favus,
 Has pernox comedo , perdius & bibo,
 Vos nostrum pelagus , littora palpebræ,
 Corpus navigium, remigium Dolor,
 Mens Rector , gemitus Caurus & Africus,
 Cor custos speculam , spes tenet anchoram,
 Cœlūs vela mei; vota cupidinum

C.

Eimi.



Emigrare putri carne frementium.
 His elatus aquis, æquora pervolans
 Mortalis pelagi, provehar hospitæ
In portus Patriæ ; luctibus interim
 Et lætis liceat fræna doloribus,
 Et mæstis dare singultibus otia,
 Et sacrif lacrimis addere lacrimas,
 Et fletus meritis addere fletibus,
 Donec dent superi dicere : *viximus,*
 Ac inter lacrimas psallere : *vivimus.*
 Hanc cecinit mixtam lacrimis Ornarius odam
 Ast, si non cecinit, potuit cecinisse videri
 Fidus Amor, frugisque bonæ, vitæq; Nepoti,
 Ad proculeandos Mundi fallacis amores,
 Carnis & illecebras, stygiique Lycaonis astus,
 Mergendumq; omnem lacrimarū fluëtibus Ode

S. Chrysostomus, serm: in Eutropium Eu-
chum, Patritium, ac Consulem. tom: 5,
mibi fol: 240.

Si unquam antea, nunc maximè licet dicere : Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Ubi nunc i-

tus ille consulatūs splendor ? ubi illustres faces ? ubi
 plausus illi ac choreæ, epulæq; & festi conventus ? ubi
 coronæ & aulæa ? Ubi strepitus Urbis, & illæ Circus
 um spectatorum faustæ acclamations ? Omnia illa per-
 erunt. Procella vehemens folia dejicit, arboreo
 liatam reddidit, jam radicitus vacillantem : tan-
 vis venti impacta est, ut, cùm nervos ejus universos
 cusserit; tum ipsa funditus prosternere minetur.
 nunc fucati illi amici ? ubi compotations & ca-
 ubi Parasitorum examen, & merum per totam diem

hustum? variæq; coquorum artes, & potentatūs cul-
 ores illi ad gratiam omnia dicere ac facere assueti? O.
 omnia illa nihil nisi nocturnum somnium fuerunt, appe-
 tentie die evanescens. Flores fuerunt verni. Vere ex-
 aemaruerunt omnia, Umbra fuerunt, & præterie-
 runt. Fumus erant, & soluta sunt. Bulke erant, &
 disrupta sunt. Araneæ erant, & lacerata sunt. Qua-
 propter spirituale hoc dictum occinimus, inde sinenter
 dicitur: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Hoc e-
 sti dictum in parietibus, in vestibus, in foro, in ædibus,
 in viis & fenestris, in januis: sed potissimum in ipsa cu-
 jusque conscientia continenter inscriptum esse oportet,
 omniq; tempore cogitationi obversari. Quandoqui-
 dem negotia fraudulentæ, & personata ac inimica, verita-
 tis opinionem apud plerosque sibi paraverunt. Hoc di-
 cito, in prandio, in cæna, in cœtu hominum, quemque
 maximum suum compellare oportebat, idemque ab illo
 difficilim audire: nempe, Vanitas vanitatum, & omnia va-
 nitas! An non assiduè tibi dicebam fugitivi servi natu-
 ram habere? Tu verò credere nolebas. Ecce experi-
 entia docuit, quod non solum fugitivæ & ingratæ, sed
 homicidæ etiam sunt, ut quæ in metum nunc te conje-
 cint. Nonne dicebam tibi, quum me inde sinenter
 iugares vera monentem, quod ego potius tibi ami-
 essem, quam adulatores? ego redargutor majorem
 curam gererem, quam hi, qui tibi per omnia obsequen-
 tur? Nonne & hoc addebam: fide digniora esse vul-
 nera ab amicis, quam ultro ingerentia se oscula inimico-
 rum? Si mea vulnera tulisses, haud quaquam tibi il-
 lum oscula hoc exitium attulissent, Mea enim vul-
 nera

nera sanitatem adferunt; illorum oscula morbum
medicabilem. Ubi nunc pocillatores tui? Ubi que
foro populum de via decedere cogebant, tuásque lau
apud omnes deprædicabant? Transfugerunt, defer
runt amicitiam tuam. Suam securitatem tuis pen
nis quærunt: at non tales nos, sed & tunc, quamvis ag
ferentem non destituimus, & nunc collapsum prote
minus ac curam? &c. Theatra magnis obsequiis à te cult
quorum causâ saepius nobis offensus fuisti, & proda
runt te, & perdiderunt. &c. Et hæc nunc dico, ex
quod prostrato insultem: sed quod eos, qui adhuc flas
tutiores reddere cupiam: nec ut plagas vulnerati ref
cem, sed ut nondum vulneratos in sanitate conserva
non ut jaetatum fluctibus demergam: sed ut eos, q
secundis auris navigant erudiam, ne fortè cum ipsorum
vicio in profundum deferantur. Quo autem mo
caveri possit? Nimirum si rerum humanarum muta
litates consideremus. Si enim iste mutationem time
isset, nunc eam non pateretur. Sed quoniam iste
domesticis, nec alienis consiliis corrigi potuit: vos salu
qui divitiis extollimini, hujus calamitatem in velutina
profectum convertite. Nihil est enim humanis rebus
infirmius. Quapropter quocumque nomine earum
litatem significaveris, minus quam pro rei dignitate
dixeris; vel si fumum eas, vel fœnum, vel sompnum
vel flores vernos, vel quidlibet aliud nominaveris.
Quod autem non solum nihil sunt, sed & in praecip
stent, vel hinc appetet. Quis hoc nomine fuit excep

or? nonne in toto orbe divitiis præcellebat? nonne ad ipsa fastigia honorum consendit? nonne omnes eum formidabant ac verebantur? Sed ecce factus est & vincit
 miserior, & servis miserabilior, & mendicis fame tabescen-
 tibus indigentior: per singulos dies gladios præ oculis
 habens in se executos, & præcipitia, & carnifices, & viam,
 quæ ad supplicium dicit. Ac neque memoria præteri-
 turum voluptatum fruitur: imò ne luce quidem com-
 muni: sed meridie quoq; tanquam in densissima nocte,
 angustiis parietum inclusus oculorum usu privatur. Et
 quorsum hæc commemorare attinet, cùm quantumvis
 admittat, nullis verbis exprimere valeam, quis illi ani-
 mus sit, per singulas horas capit is supplicium exspectan-
 ti? Aut quid nostris verbis opus est, quum ipsius cala-
 mitatis imago ob oculos nostros versetur? Nuper nám-
 que missis ad eum à Rege, qui vel per vim hominem
 pertraherent, quum ad sacraria confugisset: buxo pal-
 lidior factus, nunc quoque nihilo meliorem, quām mor-
 tuī colorem obtinet. Accedit hoc dentium arietatio,
 tremor totius corporis, vox singultiens, & lingua titu-
 bans. In summā talis habitus, qualem oportebat ha-
 bere animam, quæ metu diriguisset. Non minorem
 nunc video populi frequentiam, quām in proxima facra-
 ta Paschæ celebritate. Adeò exciti estis istius silentio:
 quod impræsentiarum quavis tuba clariorem vocem
 emitte. Et virgines penetralibus, & mulieres gynæceis,
 de viri fôro vacuo relicto universi huc concurrîstis, us
 humanam naturam traduci videretis: & sœcularium ne-
 giorum momentaneam mutabilitatem detegi, illâm-
 quæ in Republica versantium speciem, heri ac nudius ter-

C 3

tius

tius præclarissimè splendentem (Talis enim est ex aliis ut c
injuriis felicitas, quavis aniculâ rugosâ deformiora solo affe
paret) rerum mutatione tanquam spongjâ ejus teo
ria fucosque absterrisse : tanta nempe est hujus infan
tii vis, quæ virum felicem ac conspicuum, nunc om
um abjectissimum reddidit. Intrœat dives aliquis,
magnam utilitatem percipiet. Videlis enim à tam
fastigio delapsum eum, qui totum orbem nutu con
tiebat, ac formidine contractum, quavisque rana aut
pore timidiorem, & absque vinculis columnæ huic te
rentem, & vice catenæ timore affixum trementemque
deprimet fastum suum : & consideratis, quæ in hum
nis casibus consideranda sunt, discet re ipsa doctus,
quæ verbis scripturæ nos docent quale est illud, Om
caro fænum, & omnis gloria hominis ut flos fani;
fænum, flos ejus decidit. (b) Item illud : Sicut fo
num cito arescent, & sicut olera herbarum citò doc
dent, quoniam sicut fumus dies ejus sunt. Et reliqua
similia. Contrà, pauper introgressus, & hoc spectato
lum animadvertisens, non displicet sibi ipse, neque for
tem suam deplorat ; sed gratias insuper paupertati
bet, quæ sibi & asylî vice sit tutissimi, & portus mo
quillissimi, & arcis munitissimæ, & his visis, si de
optio, mallet præsentij conditione contentus esse, quia
omnium facultatibus paulisper occupatis, mox in po
prii sanguinis periculum venire. Vides quod non pa
va utilitas divitibus & pauperibus, celsis & humili
nam legem invenit. Sed jam fortassis ad hanc Domini vocem desiderio mansuetudinis æstuas, & conqueris super asperitate cordis tui, & belluinis quodam motibus atque indomita feritate. Attende ego, quod sequitur: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Eqvum indomitum flagella domant, amam immitem contritio spiritus, assiduitas lacrimarum. &c. Propterea beata esses Eva, si post culum consolationem quereres lacrimarum, & conversa pénitentiam veniam citius obtineres. Nunc autem misericordiam quæsisti consolationem de simili casu tui, & veneno pessimo, nequissimo videlicet viro, totam infecisti posteritatem tuam: ut usque hodie perditionem alterius, alter suam reputet consolacionem. Misera prorsus Evæ consolatio, & eorum, qui miseriam hanc imitantur. Sed beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

Adam & Eva ob peccatum de Paradiso expulsi sunt, sicut Lucifer de cælo: in hac valle miseriæ habitantes facti sunt mortales. (q) Nam sicut in cælo est, non posse mori, & in Paradiso, posse non mori: sic terra est, non posse non mori, sic in inferno est, semper mori. Ex his patet, quod primus status hominii, unius fuit innocentia: secundus gratia: tertius culpæ: quartus pénitentia: quintus gloria: Dum enim inordinatè erexit se supra se, cecidit miserabiliter infra se: dicitur à statu innocentia & gratia, in statum culpæ miseriæ. Item, quia factus est inobediens suo su-

periori, justo Dei judicio factum est , ut sibi siem
obediens suum inferius , scilicet caro &c.

Miramur primos omnium parentes ob
unicum admortum , supplicio tam gravi affectos .
Quis enim Diocletianus , aut Phalaris , ob pauculari
cus , aut aliquot flosculos , aut unicum pomum ,
le homines in crucem rapuit ? Cur igitur Deus ,
mille homines , sed innumeros hominum milliones
eternæ mortis damnavit ? ob arbusculam unam ,
solo excisam , sed pomo privatam , & quidem unico
Puerile præceptum , inquit , Theodoretus , & in
tibus conveniens videri potuisset illud : (s) De ligno
hoc ne comedas . Cur ergo tam diurna severa
punitur transgressio ? Merito sanè , quod imperium
hoc expeditissimum , & ne pueris difficile , detrac
verint tamen Protoplasti : Si grandia Deus , & difficilia
imperasset , habuissent , quo culpam purgassent . At
verò , cum illis amoenissima libertas in omnes Paradisi
arbores esset , excepta unicā , facinus fuit intolerabilis .
& tanto supplicio dignum , nec ab hac quidem una
tam serio vetita velle manus abstinere . Hinc iam li
quet , quam Deus & illos detestetur , qui gloriam
quam sibi unam vult deberi , iniquissime præceptum
eunt : (t) odit Deus omnes vitiolos , sed superbis &
rogantibus etiam resistit , quos videlicet inficit vitium
idolatriæ cognatum . Pro teste stat veritas : & , quoniam
do , inquit , vos potestis credere , qui gloriam ab invic
tis vobis dabo . (u)

(r) Hierem: Drexelius de recta intentione lib. 2. c. 5. §. 3. (s) Gen: 2. v. 7. (t) Jacob. 4. v. 6. IOANN. 5. 1. 4.

i fieri
am accipitis, & gloriām, quae à solo Deo est, non que-
ritis? &c.

ob mal-
ectos.
a uelutia-
num, n-
Deus, n-
1 milioni-
nam, n-
n unico-
& indu-
De li-
severan-
imperiu-
deretici-
& dimic-
ent. At
es Paradi-
tolerabile-
dem una-
ne famili-
gloriam
rēspūt-
erbis &
cit vitium
ab invi-
om
(s Sec-
1. 14)

*Apostrophe Adam Lamentantis ad Ne-
potes suos.*

O Filii, felices futuri, si parens vester scivisset felici-
tate uti: nunc vero miseri hoc ipso quod mei
filii: ego vos necavi prius quam genui: propter me
autem damnati estis, quam nati: Deus esse volui, vix
homo mansi: omnes in me perieritis, antequam perire
pelletis; ita nescio, patrem me appellatis, an parrici-
um & tyrannum: vitiosos vos esse quid miror, aut
conqueror? a me tales esse didicistis: inobedientes
vos esse doleo, sed tamen esse docui, ipse Deo inobe-
dientis: intemperantes & gulosos vos averantur superi:
a paternum hoc est vitium: superbia vestra exoslos
vos Deo facit; ego primus vestrum ab hoc monstrum tri-
umphatus cecidi, factaque est superbia a me via superbi-
e: hoc a me patrimonium habetis, miseriarum cumu-
lum, cælum vobis magni Dei nutu transcriptum erat, &
egatum certissima sponsione: ego turbavi omnia, &
ereditatem omnium vestrum abligurivi solo uno:
uxorem & pomum pluris ego feci: quam vos omnes,
quam cælum, quam DEUM. Hoc malum & exe-
candum prandium, post quod aliquot millibus an-
torum, mihi cœnandum fuit apud inferos? In horto
gebam, supra quam cogitari & singi potest ameno:
millibus quæ animo collibuisserit, frui ibidem licebat,
siccam si stirpem declinassem. Omnia animantium

I 5

Rex

* Hieron: Drexelius consid: v. de morte: num. 2. mīhi fol. 19.

Rex eram , sapiens & pulcer , valens & robustus : lituis innumeris affluebam ; Cælum æquabili clementia novis conjugibus favebat , & in cærulea veste nitidum continuè ridebat , soles nonnisi purissimos illuc dimus , nil nisi amœnum & floridum incurrebat omnes : aures suos habebant musicos , aviculas ; terram cum & cinnamonum halabat : undique me voluptas credibilis ambiebat : vivebam procul omni cura , tamen metu , labore , morbo , morte : Deus aliquis eram in terra , hanc felicitatem cælites mihi ipsi gratulabantur ego unus eam mihi maximè invidebam : & quia divisa legi non paroi , & veritum malum admordi , omnino me mala irruerunt : Paradiso exturbatus , à Deo profugus , pudore plenus latebras captavi . Labor , dolor , mœror , pavor , lacrimæ , calamitates , mille miseriae , tigare me cœperunt : vos sentitis , quotquot ex meis milia estis , & quod finis ærumnarum esse creditur , mors : sèpè est initium , & quidem æternarum . O me filii , meo , vestróque damno sapite , & vel unum hoc à me distite PECCATUM ODISSE . En prorumperem juxta me flammam : hæc eodem , quo peccatum tempore cœpit urere , nunquam in æternum extinguenda : omnia alia supplicia in levi ponenda sunt , & brevi finiuntur , hæc reos semper cruciabit . Sed emendare jam possimus , modò ipsi velimus . Ultra quinque millia annorum , mihi meisque liberis omnibus porta cæli occlusa fuit : nunc referata est per illum , quod ego liber male rapui ex arbore , ipse fixus in arbore totum liberalissimè exsolvit , & nobis omnibus moriendo restituit rem . Cunctis jam cælum patet , sed

deò non inducit nisi via pœnitentiæ, non admittit ni-
porta crucis! qui hac viâ, & per hanc portam venit
ad gaudia, securus venit, & certus habitationis æter-
nae, non excludetur illinc amplius: nemo illic lœdi po-
ebat oculum aut lœdere. O Posteri ÆTERNITATEM
COGITATE, brevi immortales futuri, aut inter-
cinnatos, aut inter-beatos. Hæc ad POSTEROS
destinata sunt Adami, qui

*Quam meruit pœnam solus digessit in
omnes.*

REX DAVID POENITENS,

Typus Monarcharum, Regum, & Princi-
pum delinquentium, & crimina
deflentium.

S. Ambrosius Ep. de Apologia David. lib.
1. cap. 2.

Nusquisque nostrum per singulas horas, quâm
multa delinquit, nec tamen unusquisque de
plebe peccatum suum confitendum putat. Il-
lum, qui
fixus in
manere penes se delicti passus est conscientiam: sed
omnibus
matura confessione, atque immenso dolore reddi-
peccatum suum Domino. Quem mihi nunc fa-
cilè

cilè reperias horitoratum ac divitem , qui si argu-
 alicujus culpæ reus, non molestè ferat ? At ille re-
 clarus imperio , tot divinis probatus oraculis , c
 privato homine corriperetur , quòd graviter delin-
 set , non indignatus infremuit , sed confessus in-
 mult culpæ dolore. Denique Dominum dolor inten-
 movit affectū, ut Nathan diceret : Quoniam pœnit-
 te : & Dominus abstulit peccatum tuum. Matu-
 itaque venia , profundam Regis suisse pœnitentia
 declaravit, quæ tanti erroris offensam traduxerit. Al-
 homines , cùm à sacerdotibus corripiuntur , peccata
 suum ingrávant , dum negare cupiunt , aut defendere
 ibisque eorum lapsus est major , ubi speratur correctio.
 Sancti autem Domini , qui consummare pium certamina
 gestiunt , & currere cursum salutis , sicubi fortè uita
 mimes corruerint , naturæ magis fragilitate , quam pa-
 candi libidine , acriores ad currendum resurgunt , pa-
 doris stimulo majora reparantes certamina ; ut non so-
 lùm nullum attulisse æstimetur lapsus impedimentum ,
 sed etiam velocitatis incentiva cumulasse. Peccavit Da-
 vid, quod solent Reges ; sed pœnitentiam gessit, loru-
 ingemuit, quod non solent Reges. Confessus excul-
 pam , obsecravit indulgentiam , humi stratus deplor-
 vit ærumnam , jejunavit , oravit , confessionis suæ testi-
 monium in perpetua sæcula vulgato dolore transmisit.
 Quod erubescunt facere privati , Rex non erubet con-
 fiteri. Qui tenentur legibus, audent suum negare pec-
 catum , dediguntur rogare indulgentiam , quam pœni-
 bat , qui nullos legibus tenebatur humanis. Quod pœ-
 nitentia
 beati
 Quād
 que m
 heau
 beam
 aratō
 elem ul
 Cūm sp
 PER
 circu
 Adven
 Hoc , A
 enie
 2 . 5

Si arguit, conditionis est, quod supplicavit, correctionis.
ille reus communis, sed specialis confessio. Culpam ita-
re incidisse naturae est: diluisse virtutis.

1.

*O oculi! quo me oculi
fecisti a volare?
Oculi! O scopuli!
la quod meristi mare?
Vos, amoris spicula!
laeatum vulnera fastis,
pecunia de Palati specula
defendere amatis!*

2.

*mea frontis sidera!
Quam turpiter errasti!
que malorum barathra
locatum deturbasti!
neam vos perniciem
lato conspirasti,
cavat. De
llum ultrò blanditiem
Cum sponte invitasti.*

3.

*s deplorandum munus, & statio
sus testis peregilare,
transmisit
abutuon
egare pecunias
PEREGRINUS atrium
curvus subintraret,
quam per
Quod pat
cavat
2. Reg: 11.*

4.

*Ast vos. Heros foedifragi
Deserta statione
Extra castrum circum vagi
Turpi defectione,
Viam pandistis hostibus,
Et claustra referastis,
Portisque bipalentibus
Rebelles vos probastis.*

5.

*Ah! pro commisso munere
Quam perdite fecisti!
Me hostibus pro fœnore
Tam vili perdidisti!
O oculi! O pessimis
Castelli defensores!
O Regis vestri (*Animi*)
Dolosi Proditores.*

6.

*O oculi cupidinum
Rivales incentores!
O oculi libidinum
Vafri Procuratores!
O oculi! O stimuli!
O fomites malorum!
O loculi! O tumuli!
Heraum tot Magnorum!*

7. Sam-

7. Samsonem quis fortissimum
Captivum vinculavit? (b)
Heroēm invictissimum
Quis foedūm depilavit?
Victorem felicissimum
Quis oculis privavit?
Quis mancipem miserrimum
Et cæcum jugulavit?

8. Vos, vos, lascivi oculi,
Cùm Dalilam amāstis!
Et speciem prostibuli
Formāmque adorātis!
Vos Israēlis gloriam
Et robur perdidistis!
Vos defensore Patriam
Et Patre spoliaстis.

9. O fures Innocentiae,
Modestiae prædones!
Lenones pudicitiae,
Formæ castæ mangones!
Ignes vagi luxuriæ,
Superbiæ magistri,
Iræ, & avaritiæ,
Invidiæ, ministri!

10. Antesignanī hostium,
Et prodromi damnorum,
Illecebrarum ostium
Canales peccatorum,

Urentia vos specula,
Vos Pharetræ amorum
Vos venenata spicula,
Magnetes animorum!

11.

Ah quanti Curiositas
Unius Dinae stetit?
Cùm levis Sichemitidas
Videre nurus petet?
Vidit: & vidit Virginis
Princeps Sichem decors
Raptæque vi libidinis
Prostituit pudorem.

12.

Quantum puellas nocuit
Vidisse alienas?
Quantas Jacob exercuit
In Urbe Lanienas?
Ulti Pater cum filiis
Injuriam sororis,
Et convasatis spoliis
Testativim doloris!

13.

Adalteræ cor ignibus (d)
In Joseph incenditis,
Et impudicis manibus
Vi pallium tulistis!
vos Innocentem carceris
Ergastulo clausitis,
Castumque grandis Icœli
Culpabilem fecisti.

(b) Judic: 14. 15. 16. (c) Gen: 34. (d) Gen: 39.

14.

Ios Venatores mentium
Et Aucupes dolosi,
Incantatores cordium
Proci delitiosi,
Vespoli, quorum cardine
Mors, vitaque rotatur,
Falsos in discrimine
Et lubrico versatur,

15.

In basilisci unico
Virus afflatis iectu,
Talatu, plusquam Punico
Uno necatis iectu,
Talatu duo fulgura
Adima penetratis,
Ectaphracta pectora
Momento fauciatis,

16.

Am solus post meridiem
Spectarem otiosus (e)
Ibis subjectæ faciem
Hottosque curiosus,
Terborum vivaria
Iagittas evibrastis,
Urque viridaria
Iemotum vulnerastis:

17.

Regio solario (f)
Secure ambulanti,
Pente de pomario
Nil tale cogitanti,

Ignes ex ipsis fontibus
Cupidinis jecistis,
Puramque mentem fontibus
Culpis interemistis.

18.

Quantum vidisse nocuit (g)
Mulierem lavantem?
Damno meo me docuit
Infamiter amantem,
Ictus vel unus oculi
Incaute quem vibravi,
Qui fuit initar jaculi
Quo me, illamque stravi.

19.

Sic Cypridis Rex subditus,
Mancipium amoris,
Turpis reus concubitus
Et Paphii furoris!
Crimen conjunxit criminis
Non parcens innocentis
Uriæ, David Sangvini (h)
Pro Rege dinnanti.

20.

Heu! quanta nocte lumina
Quantaque nube tecta?
In sua cæca crimina
Peste stygis infecta!
Apertis nihil oculis
Quid agerem videbam,
Et quantis in periculis
Forem, non sentiebam!

21. Ah

2. Reg: 11. (f) ibid. (g) ibid. (h) 2. Reg: 11.

21.

Ah serò te cognoveram
 Serò te lumen verum!
 Nam totus cæciveram
 In vanitate rerum,
 Sic, ut solem iustitiæ
 Et lumen veritatis
 Nox raperet malitiæ,
 Et nubes pravitatis!

22.

Tenebræ sunt Cimmeria
 Lumidibus offusæ!
 Meridiéque Phariæ
 Nubes menti obtrusæ.
 Ceu media Andabata
 In nocte ambulabam,
 Et quæ inter phantasmata
 Errarem, nos notabam.

23.

Nox nubila, nox squalida,
 Nox horrida premebat,
 Caligo tetra, lurida
 Splendorem adimebat,
 Magnumque cæli oculum
 Divinitus lucentem
 Clausit, ut totum nubilum
 Sentirem ORIENTEM.

24.

Quin adhuc hanc caliginem
 Noctemque diligebam,
 Nec animi fuliginem
 Insanus sentiebam,

Cæcus eram, & stolidam
 Amabam cæcitatem,
 Et tenebrarum horridam
 In corde densitatem.

25.

Væ male lapsø tempori!
 Quo te non cognosceris?
 Væ cæco vultus fideri
 Quando te non videbas
 Væ stultæ ignorantiae!
 Væ reæ cæcitatæ!
 Superbiæ! Lascivitæ!
 Turpici crudelitati!

26.

Hæc nempe mentem criminis
 Atra nubet exerunt,
 Hæc tenebras in lumina
 Profundas invexerunt!
 Hæc spissam in caliginem
 In fraudes & errores,
 Hæc caput in vertiginem
 Duxerunt, & terroris.

27.

Hæc animæ dementiam
 Ceu virus afflavere:
 Hæc crisim, hæc prudentiam
 Hæc sensus prostravere,
 Hæc Dei reverentiam
 Et cultum minuere,
 Hæc longo conscientiam
 Veterno sopivere,

28. Hæ-

28.

Hec, rationis nebula
Lumen obfuscavere,
Longaque velut crapulâ
Sepultum tenuere,
Ad crimen hæc de crimine
Gradus fabricavere,
Nullaque me formidine
Peccantem affecere.

29.

Quia Regibus;
Audacter & delinquent;
Injustitie legibus
Inprævulga præsumunt,
In regia libidine
Instant & potestate,
Nulla pena formidine
Duffi, nec honestate,
30.
Quia est verecundia,
Quam Dignitas tuetur;
Quia est audacia,
Quæ sceptro justinetur,
In filia Religio
Voluta sub corona,
In throni subjectio
In Regis in persona.

31.

Ut persuasus crederem
Ambitio instruxit,
Exlex delinquerem
Majestas me induxit,

18. Hes
12. Reg: 12.

Dei Timorem, Passio
Amoris profligavit,
Et sceleris confusio
Uriam ferro stravit.

32.

Sic reus adulterii
Nec reum me videbam,
Pudebat nec opprobri,
Quod nullum agnoscebam,
Et licet homicidium
Audirem innocentis,
Nullum tamen judicium
Occurrit penitentis.

33.

Mei securus, Numinis
Non ferulam verebar,
Patrati neque criminis
Ullius, fontem rebar,
Tot noxis execrabilem
Meam non sensi mortem,
Donec Nathan damnabilem
Annunciaret mortem. (i)

34.

Tunc velut inter somnia
A somno excitatus
Severa sensi omnia,
Et duplices reatus,
Adulteri libidines,
Cædémque innocentis,
Deique ob cupidines,
Flagellum ferientis.

K

35. Ovi-

35.
*Oviculam tunc pauperis (k)
 Occisam intellexi,
 A Divite me, hospitis
 Novi, datum orexi,
 Prophetæ per parabolam
 Me reum designari
 Justamque in me ferulam
 Virgamque colligari.*

36.
*Quot lacrimis piaculum
 Tam grande deploravi?
 Quod in totius scandalum
 Rex Regni perpetravi?
 Ah utinam ploratibus
 Tot, memor institissim,
 Et novis me reatibus
 Nocentem non fecissem!*

37.
*Dementia, dementia
 Et error, est errorem
 Sequurus, cum Potentiam
 Et populi valorem (l)
 Et numerum ad calculos
 Mandavi revocari,
 Et Regionum circulos
 In cœnum computari.*

38.
*Ast cum delicti noscerem (m)
 Admissi gravitatem,
 Tandemque contremiscerem
 Ad culpæ fœditatem,*

*Transire quidem perii
 A me iniquitatem,
 Tui supplex judicij
 Precatus Bonitatem.*

39.
*Tunc per Prophetam optio
 Gad, data est poenarum
 Et de tribus elec^{tio}
 In me deputandarum;*

*Una, qua reus cedet
 Paterño Rex flagello,
 Et objurgatus plecteret
 Fame, peste, aut bello.*

40.
*Cum penes me eligere
 Staret, tuas in manus
 Est melius incidere
 Quam me plectat humus
 Furor, O Deus! dixerat,
 A te præstat ferir,
 Quam insolens dextram
 Mortalis experiri.*

41.
*Dixi: & tu me supplicem
 Confestim exaudisti,
 Aligerumque vindicem
 Armatum expeditissim
 Acinacem qui stringet
 Et Populum feriret,
 Regique reo parceret
 Qui justius periret*

(k 2. Reg. 12. (l) 2. Reg. 24. (m) ibid. (n) ibid. (o) ibid.

42.

Israhel quid millia (p)

Virorum octingenta

Pugnatorum milia

De Iuda quinquaginta?

Iudees quid profuerit

Examinatas scire?

Ni quod Numen statuit?

Tot millia perire?

43.

Stulte egi nimiūm

Stultissimus virorum,

Improbum flagitium

Votorum nefandorum!

Sicca hæc consilia,

Que Populum straverunt,

Quinqua milia

Totum perierunt.

44.

Unifolens Ambitio

Iudees jugulavit,

Divinitati Elatio

Superbia licavit,

Ei sanguinis profusio

Indictam in me clamat,

Quae me culpario

Opparem mortem damnat.

45.

Ad tot innocentium

Ihesus sanguis fecit,

Qui hos in exitium

41. Delam fleibile conjectit,

14. Reg. 24.

In me debebat judicis
Sententia fævire,
Me manus æqua judicis
Pro merito ferire.

46.

Ego sum, qui peccaveram,
Ego qui malum feci!
Ego in mortis pharetram
Tot animas conjeci!
Ego septuagesies
Dignissimus damnari,
Ego pro plebe millies
Insonte, immolari.

47.

Peccavi! nocens Numini!
Tot delictorum reus!
Solis apertus lumini
Reatus patet meus!
Quod clam carnis nequitia
Et homicida fecit,
Divina hoc justitia
Orbis famæ subjicit.

48.

Peccavi! heu immanibus
In Dominum delictis!
Et ingratis inibus
In Patris cor inflatis!
Indignus tantis gratiis,
Quæ turpiter abusus,
Nunc protot beneficiis
Rubore sum confulus!

K 2

Quid

49.

Quid potuit tribuere,
Quod non attribuisset?
In preces non annuere,
In quas non annuisset?
De ovium Pastorculo (q)
Pro Sâule fecit Regem,
Suo minantem baculo
In pingues campos gregem.

50.

Ut molem grandem sterne-
rem *
Gigantem Philistæum,
Ferróque interimerem ,
Hoc opus non est meum ?
In funda & in Lapide
Ut victor eminerem,
Et in machæræ cuspidé
Hostile caput ferrem.

51.

Tua fecit potentia,
Et dextera prostravit.
Tua fecit Clementia ,
Quæ puerum amavit ,
Hac pauperem de stercore
Et sordibus levavit
Servumque , Regis decoro
Immeritum ornavit.

52.

Hæc abstulit formidinem, (r)
Leones ut necarem ;

Hæc dedit sapientiam
Ad sceptra & coronam,
Hæc ad vires prudentiam
Mentemq; boni proem;

Judicium ut gentibus
Jura , legesque dare,

U

(q 1. Reg. 16. ibid. 17. ibid. 17 * ibid. (r 1. Reg. 17. (t)
Reg. 2. (t Cornel. à lap. in cap. 38. Exod. (n Hierem. Dred:
aurif. p. 3 c. 1. fol. 771.

Hæc dedit fortitudinem,
Ut ursos suffocarem;
Hæc pro pedo, & gregib;
Regni sceptrum portat
Pro petafo , cum Regib;
Ad thronum me evenit
53.

Hæc formidandum hostiū
Bellisque gloriostum
Præfecit exercitibus
Stratis victoriosum,
Direxit hæc consilia,
Processus, & confidit
Arma stravit hostilia,
Omnésque mortis idem

54.

Hæc tribuit delicias,
Honore me beatit,
Hæc addidit divitias, (t)
Opesque cumulavit,
Bis mille millionibus
Hæc auri quadringentes
Adjunxit Gazis omnibus (n)
A Filio inventos.

55.

Hæc dedit sapientiam
Ad sceptra & coronam,
Hæc ad vires prudentiam
Mentemq; boni proem;

hostibus frementibus
Parcuntis malis stare.

56.

Has benigno Numini
Ingrate, grates pendis?
Qua Majestatem Domini
Pro voluptate vendis?
Quoties cum hostibus
Pro te salvo confixit,
Monitarum ensibus
Per te Urias vixit?

57.

Polluisti sanguine
Coronam innocentie?
A purpuram libidine
Thordimque impotente?
Qui? ut leesti foedera
Disrupta Fides gemat?
Qui? ut clamenter vulnera,
Tremors vindictam fremat?

58.

Qui? ut terra sanguine
Subita tot virorum,
Clemente plebeum Numine,
Quo te interemperiorum
Qui colpet superbiam,
Contumque insolentem,
Ante jaedantiam
Confus præcientem?

59.

Agnosco crimen! poenitet!
Heu me! Deus! Peccavi?
Cur dextra fulmen detinet,
Quod in me concitavi?
Si plectas virum Sangvinum,
Quis contra te queratur?
Lenorem si libidinum,
Quis tibi obloquatur?

60.

Post hac panem cineribus (x)
In persis manducabo,
Potumque mixtum fletibus
Uberibus potabo,
Et lacrimis perennibus (y)
Stratum vigil rigabo,
Et jugibus doloribus
Has culpas deplorabo.

61.

Sic in insipientia
Mea, cor conturbatum, (z)
Et praे mentis angustia
Contabuit siccatum.
Virtus mea exaruit (†)
In pulverem dolorum,
Et lumen me desituit
Meorum oculorum.

62.

Desipui stolidissimus,
Cum Deum dereliqui,

K 3

Hic

* Psal: 101. (y) Psal: 6. (x) Psal: 37. (a) ibid.

Hic error fuit maximus,
In illum cum deliqui,
Hæc maxima stultitia,
Quâ non feci majorem
In Regno, ex malitia
Cum læsi Creatorem.

63.

Lex prima sapientie. (b)
Est, Dominum timere,
Ars altera prudentie,
A malo abstinere,
Timorem quisquis exigit,
Et Dominum Amorem,
Stultitiam hic induit,
Et animi furorem.

64.

Hic furor me insaniâ
Suâ infatuavit,
Et lapsum ad infamia
Quæqua præcipitavit,
Amor, Honórque Numinis,
Timórque periére,
Horror, Padórque criminis
Nil frugis habuere.

65.

Ceritus, cælo prætuli
Terrenas vanitates,
Spretâque lege, faculti
Lascivi voluptates,
Præ sanitate vulnera
Elegi & vibices.

Hinc tubera, hinc uera,
Hinc foedæ cicatrices,

66.

Non est in carne sanitas
Mea, nec valetudo.
Est sanies, est foeditas,
Et gravis ægritudo,
Non est Pax mens offensibus
A facie meorum,
Quæ tot patravi vicibus
Insanus, peccatorum.

67.

Quin cicatrices Sanguinis
Corruptio putruere,
Et püris à gravedine
Foedûm verminavæ,
Mephysis purulentæ
Gravem sparsit odorem,
Et nex insipientæ
In facie lurorem.

68.

Miser, ac miserabilis
Sum factus, & curvus
Usque in finem: humili
Totâque contristatum
Die, nullo solatio
Fultus ingrediebar;
Compunctus cor, suplicio
Jugi conficiebar.

69. Nam

(b) Proverb: 1. & 9. Psal: 119. (c) Psal: 37. (d) ibid. (e) ibid.

69.

*Num sum illusionibus
Lambi mei repleti,
Sunt pleni cruciatibus
Languoribusque Lethi,
Nulla in carne sanitas,
Nec in medullis vigor,
In animo anxietas,
In concitis membris rigor.*

(f) *Te penes est scrutinium
Meorum delictorum,
Tu vides quæ præterita,
Tu vides & futura,
Demerita, & merita
In tua creatura.*

70.

*Humiliatus Spiritu,
Et afflitus gemebam,
Cordu mei gemitu
Contritus rugiebam,
In Domine suspirium, (g)
In noxi mentis vota,
In tumu siderium,
Atrana cordis tota.*

73. *Tu me vidisti Parvulum
Patru oves pascentem,
Inter greges puerulum
Jocari innocentem:
Sed & Regem in folio
Regentem & peccantem,
Nunc intimo cordolio
Flentem & deprecantem.*

71.

*Sinu est absconditus, (h)
Quem cunctis clam, laxavi
Te folo teste, gemitus
Extensis geminavi,
Deslusus mei pectoris
Abscondita serutaris,
Neique sinus corporis
Perlustras & rimaris.*

74. *In tuo me non arguas (i)
(Ut merui) furore!
In ira nec corripias,
Nec perdas amarore, (k)
Nec intres in judicium
Cum servo delinquente,
Nec meritum supplicium
Sumas de promerente.*

72.

*Tenihil latet : omnium
Tugnarus secretorum,*

75. *Nam quis vivens te judice (l)
Potest justificari!
Quis peccatorum vindice
Te, reus excusari?*

K 4

Sepo-

69. Nam
(f) Psal: 37. (g) ibid. (h) ibid. (i) ibid. (k) Psal. 142. (l) ibid.

Sepone nomen Praesidis
Irâ exacerbati,
Assume partes Principia,
Et mitis Advocati.

79.

Ah ergo mansuetudinis!
Tuæ, pius memento!
Primæque lenititudinis!
Tibi sit argumento,
Et Abrabæ fidelitas,
Et Isaacæ promptitudo,
Et Jacobæ sanctitas,
Tuaque Magnitudo!

80.

76.
Ante te conscientia
Nullius, labo caret,
Nec ulla innocentia
Sat innocens apparet,
Tua sunt sole lumina
Stellisque clariora,
Quæ penetrant velamina
Mentis secretiora.

77.
Ante tuam est faciem
Nullus cordis velatus,
Tuam pon latet aciem
Nec atomi reatus, (m)
Si nostras observaveris
Iniquitates, Deus,
Et ad bilancem miseris,
Quis sustinebit reus?

78.
Paterna sed clementia
Nostras infirmitates,
Et mitis indulgentia
Novit fragilitates;
Novit maslam de pulv ero,
Et luto efformatam,
Ethinc propensam ruere
In culpæ pravitatem;

Ah! Non sit tuus vindicta!
Tantus furor in iras!
Ut condemnatum judicet
Ad enses, rotas, pyras!
Meaque luam sanguine
Commissum in te crimen
Et tu nullo placamine
Reo addas lenimen!

81.

Quot acerbatus vicibus
Tuis tamen dedisti
Placatus vitam hostibus,
Et culpam pepercisti?
Quin praeter culpæ veniam
Et oblitos errores,
Adhuc donasti gratiam,
Et cælicos favores!

82.

Est nempè tibi proprium
Est primum Condolere!

patere opprobrium
Et noxas abolere !
Quia non sitit dextera
Nec cædes, nec cruxores,
Si tua pacis fædera
Sunt Amor, & dolores.

83.

Lungo dabit capiti
Ius fontes aquarum ?
Queliquando vertici
Torrentes lacrimarum ?
Nec noxas noctibus
Dibus & deplorem ?
Asum meum fletibus
Perpetuis irrorem ?

84.

Nec sole fluant lacrimæ,
Nec oculorum rores!
Gementis animæ
Et intimos clamores!
Nec quantis mœroribus
Sub lacrimarum undis,
Te gemam manantibus,
It clamem de Profundis. (n)

85.

Mundo in discrimine
Clamavi, & clamabo !
Multiplice criminis
Accusans accusabo !
Mundi proris auribus
Item ad te gementis !

Intende meis precibus
Et jugibus lamentis!

86.

Ad trutinam Justitiae
Si mea facta pendas,
Nil quædes Clementiae
Sed jure cuncta vendas ?
Mea me causâ cadere,
Est oppidò necessum
Et victimum juris perdere
Te judice Processum,

87.

Nam cujus eloquentia
Est copiæ tam raræ,
Tecum ut excellentiâ
Vocis ausit certare ?
Loquente te, vox frangitur,
Et linguæ vis hebescit:
Balbutiensque labitur,
Hæret, & infantescit.

88.

Omne verbum, oraculum
Et Lex irrevocanda,
Quam nullum mutet sæculū.
Nec dieterminanda !
Tua non potest æquitas,
Statutum nec mutari,
Nec reprobari veritas,
Nec forum irritari.

K 5

89. Se-

89.

Semel dicta sententia
Stat, & stabit immota!
Sed & tua Clementia
Utrique Mundo nota,
Tuaque quæ censuram
Virgam manus minatur,
Hæc eadem fert oleam,
Et pacem stipulatur.

90.

Mite tibi ingenium
Abominatur pœnam,
Propensius in præmium,
Manumque donis plenam.
Ast cum irale cogitur,
Et in reos sœvire,
Cor gemitu concutitur,
Doliterque se punire.

91.

Invitus justum rarius
Vindex sumit flagellum,
Cum Homo temerarius
Indicit Deo bellum,
Delinquit ille centies,
Vix semel flagrum sonat,
Et supplicat is quoties,
Hic toties condonat.

92.

Cum plectis, tantum ingemis,
Ceu ipse plecteris,
Ad nomen pœnae contremis
Ceu pœnam merereris,

Ipse rei supplicium

Ceu tuum in cestus fens,
Nec hominis exitium,
Nec mortem vis merez

93.

Sit licet super omnia
Quæ opera patræ illi
Tua misericordia
Quam mundo demoni

st.

Qua lapsis indulgentiam
Et veniam dedisti,
Et gratiae frequentiam
Afflictis praestitisti,

94.

Sed justus tamen sotibus
Severe reos plectis,
Nil mansuetudo legibus
Præjudicat decretis,
Pari pendet libramine
Lanx utraque libella,
Ut nullo se discriminare
Anteferant scutella.

95.

Nil datur hic affectibus,
Nil artibus mundans,
Conceditur respectibus
Nil penitus humanis,
Te nulla suaviloquia,
Nec molles linguae placant,
Fucata nec obsequia
Nec sponsiones placant,

96. Nulla

96.

Nolla vincit facundiæ
Vis, nec flos oratorum,
Nec Suada Eloquentiæ,
Nec ars Causidicorum,
In lito Protestatio,
Nil lex injuriarum,
Infriri Appellatio,
Nil Replica causarum.

97.

Nulle preces, nec pretia,
Nec fraudum commenta,
Nec animorum retia
Mellita blandimenta,
Nec Opes, nassæ cordium,
Istinctæ catenæ,
Nevifcus Tribunalium
Auro crumenæ plenæ.

98.

Hoc foro nulla venditur
Causa pendens argento,
In annos nec suspenditur
Doloſo vaſramento,
Reus convictus plectitur
Decretâ pœnæ horâ,
Ior innocens absolvitur
Non interruptâ morâ.

99.

Semel data ſententia
Stat firma, immutanda,
Hic nulla Indulgentia
A judice ſperanda,

96. Nulla

C, scriptam fronti litteram
(Nigræ notam tabellæ)
Hanc nullus tollet tefleram
Paragraphus Novellæ.

100.

Non retractatur Curiae
Decretum, nec Effatum,
Culpatur nec injuriæ
Tabellis contestatum,
Quod ſemel declaratum eſt,
Prætore publicare,
Sancitum ſacrosanctum eſt,
Firmatum adamante.

101.

Te penes ſtat conſilium
Donare, vel ferire,
Si perdere viſ filium
Æternū & perire,
In tua ſtat potentia
Mortis ſtatutum ferre,
Sed Patris eſt Clementia
Audire Miferere. (o)

102.

Appello Patrem! filium
Audis ad te clamantem?
Audis? ad tuum ſolium
Afflictum fulpirantem?
Audis? misericordiam
Proſtratus ut imploret?
Audis? rubore veniam
Confusus ut exoret?

103. Est

103.
Est multa miseratione (p)
 In veniam delicti,
 Sed est & consolatio
 Patris nomen, afflitti,
 Iniquitatem, gratia
 Delere potest Rei,
 Tua namque clementia
 Asylum habet spei.

104.
 Non unda tibi deficit,
 Non rivus, flumen, mare,
 Ut noxam, quæ me inficit (q)
 Lotam possit mundare,
 Tu potes immunditiam
 Nænum, iniquitatem,
 Cordis lutum, spurcitiam,
 Purgare fæditatem.

105.
Delictum non diffiteor, (r)
 Grandem culpat agnosco,
 Intus ab hoste torqueor,
 Et memet erubesco.
 Obtrudit conscientia
Delictum, quod patravi,
 Et clamat. O Justitia
 Tibi soli peccavi!

106.
 Heu, tot turpitudinibus (s)
 Malum coram te feci!
 Tu justus in sermonibus
 Metamen non das neci,

Sed tuis in justitiis
 Semper justificaru,
 Et vincis, cum judicis
 Reorum judicaris,

107.
 Tu scis vite originem,
 Nostri Nativitatem,
 Peccati scaturiginem
 Matrisque pravitatem, (t)
 In his conceptus sorauri,
 In his malum momordi,
 In his venenum sorbui,
 Mortemque fixi cordi,

108.
 Non celo crimen: fœdita
 Noxae mundo pandatu,
 Dilecta Deo veritas
 In cælum efferatur, (u)
 Occulta sapientia
 Mibi manifestasti,
 Incerta & scientia
 Tuæ in me patrasti.

109.
 Hyssopi me aspergine
 Dignare, & mundabor,
 Si laveris me polline
 Plus nive dealabor,
 Dabis auri latitiam,
 Ut vox resuluet grata,
 Tunc exuent mœstiam
 Offa humiliata.

(p) Psal. 50. (q) ibid. (r) ibid. (s) ibid. (t) ibid. (u) ibid.

110. Tu

III.

Tu qui de cœli specula
Abyssos intueris,
Quem nulla latet macula,
Quin cuncta arbitreris,
Talpa verte lumina (x)
Si faciem averte,
Iuge dele crimina,
Eternum ne me perde.

III.

Tu qui cœlos, & sidera
Verbo terram fundasti,
Ipem, aquas, & æthera
Denihilo creasti,
Tu in me potentiam
Carus sive crea mundum,
Inimique à spuria (y)
Cora emunda fundum.

III.

Primo Mundi Miraculo, (z)
Qui spiritum dediti,
In tu spiraculo
Mentemque indidisti,
Sic iterum visceribus (a)
Immitte renovatum,
Liber à sceleribus
Omnem vitem reatum.

III.

Acularum acie (b)
Neme, ut Cäin, pelle,

Nec à paterna facie
Ut hostem me avelle,
Sed spiritum, quem dederas,
Sanctum, plenus amore,
Hunc ne receptum auferas,
Culpæ tactus dolore.

III.

Quem grande crimen fecerat
Cordis tristem mœrore,
Et undique repleverat
Afflictum amarore,
Huic tu redde latitiam
Favoris salutaris, (c)
Et spiritus migratiam
Confirmap principalis.

III.

Huc usque qui à legibus
Descivi mandatorum,
Nunc Docto ero rudibus. (d)
Tuorum præceptorum,
Vias docebo impios,
Ut ad te convertantur,
Erudiāmque inscos,
Ut rectum doceantur.

III.

Tu quoque Reum Sanguinis
Cædisque innocentis,
Fac liberum, nec criminis (e)
Memento insolentis,

Tunc

(x) Psal. 50. (y) ibid. (z) Homini. (a) ibid. (b) ibid. (c) ibid.
(d) ibid. (e) ibid.

Tunc undique justitiam
Os meum exultabit,
Tuamque lingua gloriam
Fuge cantans canabit.

117.

Tu qui lingvas infantium
Verbo factis disertas,
Et in ora latenterum
Laudes tuas insertas
Hac labia aperies
Ut tua laus cantetur,
Et gratiarum series
Ubique propaletur.

118.

Si Hecatombis crederem (f)
Iras posse placari,
Oves, bovesque caderem
Pro noxus immolari,
Sed mens tua non flectitur
Ab hostiis exustus,
Nec adeps sacer perit
Ab animalium busie.

119.

Non amat Sacrificia
Deus morticinorum,
Nec illum placat hostia
Taurorum vel hircorum,
Sed Spiritus Hic respicit
Munus contribulati, (g)
Nec cordis, sibi despicit
Donum humiliati,

120.

O Deus! qui es Bonitas,
Fons ipsus Bonitatis!
Memento! qua calamitas
Sit Sion vastitatis!

Accumula divitias
Hanc, ut locupletetur,
Et Solyma novitis
Murus ediscetur.

121.

Tunc hostiam justitia
Aris oblationes,
Et acceptabis gratia
Tuae litationes,

Tunc vitulos altaris
Incensis imponemus,
Et holocaustis omnibus
TE DEUM accinemus.

122.

Ergo Deo propitio,
Et lacrimis pacato,
Translato & flagito
Prophetæ ex effato,

A me procul discedite,
Rei impietas,
Et me, post hac, non dicte
Servum iniquitatis.

123.

Omnes qui operamini,
(Exente) pravitatem,
Contrariisque Numini
Lædentes Majestatem,

(f) ibid. (g) ibid. (h) ibid. (i) ibid. (k) Psal. 6. (l) ibid.

in Dominus exaudiit
Vum ploratus mei,
et meitem imminuit
Regis vindictam rei.

124.

Multa nemo gaudeat,
Demea post hac forte,
Insolenter mordeat (m)
Vt culpans dignum morte,
Estes, & aversarij
Confusis conturbentur,
Animis contrarii
Cootritis convertantur.

125.

Dehisi! veniam (n)
Apro delictorum,
Innumere gratiam
Initi commissorum,
Tum sunt abscondita
(Oblivioni data)
Statunc præterita.
la Dominum peccata.

126.

Itu Vir, cui Dominus (o)
Crimen non imputavit,
Quem dolosus spiritus
In fidem condemnavit,
Qui ore falsitas
Defendit sunt commenta,
Vt uita mentis Veritas
Fides est inventa.

172.

Delictum meum cognitum (p)
Et manifestum feci,
Nec volui absconditum,
Sed poenæ me subjeci,
Meāmque injustitiam
Non abditam celavi,
Nec dolis insolentiam
Occultam oppilavi.

128.

Dixi : meam malitiam (q)
Adversum me, fatebar,
Et quam egistultitiam
Hanc palam deprecabar,
Dixi : viditque Dominus
Meam Humilitatem,
Remisit & HIC protinus
Omnem impietatem;

129.

Pro hac tua clementia (r)
Sanctus omnis orabit,
Suaque in angustia
Ad te gemens clamabit,
Et opportuno tempore
Clamans exaudietur,
Et dato pacis fœdere
Delictum dimittetur.

130.

Ad te clamavi Domine, (s)
Et tu me suscepisti.
Mea in ægritudine
Me Deus sanavisti,
Et

(u) Ibid. (n) ibid. (o) ibid. (p) ibid. (q) ibid. (r) ibid. (s) Psal. 29.

*Et ab inferno animam
Benignus eduxisti,
Et de lacu miserrimam
Captivam salvavisti.*

131.

*Tuas misericordias (t)
Æternum decantabo,
Tuas in me clementias
Exultans prædicabo,
Omnisque Generatio
In Generationem
Tuo sciet præconio
Culpæ remissionem.*

132.

*Antunciabit gratiam
Tuamque veritatem,
Os meum & justitiam,
Et Patris mititatem,
Cantabo & judicium (u)
In Reum delinquentem,
Et vindicis iustitiam
In servum pœnitentem.*

133.

*Omnes laudate populi, (x)
Deum laudate gentes,*

*In seculum, & seculi
Ævum, benedicentes;
Quia respexit gemitus,
Et rivos lacrimarum,
Et non abjecit penitus
Me Pater gratiarum.*

134.

*Laus mea, mea gloria,
Et mea Fortitudo
Est Dominus, Victoria,
Et mea Sanctitudo,
Et HUIUS mihi dextera
Est facta in salutem,
Et eadem hac dextera
In me fecit virtutem.*

135.

*HUIC omnes confitemini, (l)
HUIC omnes jubilate, (l)
Cantate Nomen Domini,
Et cythara encrispate,
Huic chordas, Chores, Orga-
num, (g)
Huic tibiam sonate,
Huius cymbalum, & tympanum
Psalterium, pulsate.*

Peccavi Domino. lib. 2. Reg. cap. 12.

BErsabea erat mulier Uxor aliena: * cum dolore
quidem dicimus & tremore: Sed tamen DEUS

*(t) Psal. 58. (u) Psal. 100. (x) Psal. 116. (y) Psal. 117. (z) Psal.
117. (a) Psal. 99. (b) Psal. 149. (c) Psal. 150. * S. Augustinus
in Psal. L.*

oluit taceri , quod voluit scribi . Dicam ergo non
 quod volo , sed quod cogor : dicam non exhortans ad
 imitationem , sed instruens ad timorem . &c. Hujus
 saeculū (David) in bello occidendum curavit . Ho-
 minis auxit adulterium ; & post hoc factum , missus
 est eum Nathan Propheta : missus a Domino , qui
 amigeret de tanto commissio . Quid caveant homi-
 nes ! quid verò si lapsi fuerint , imitentur , au-
 gamus . Multi enim cadere volunt cum David ; sed
 volunt surgere cum David . Non ergo cadendi ex-
 emplum propositum est , sed , si cecideris , resurgendi .
 Attende nè eadas : Non sit delectatio minorum , la-
 gos majorum : Sed sit casus majorum , tremor mino-
 rum . Ad hoc propositum est , ad hoc scriptum est , ad
 hoc in Ecclesia sàpè lectum , atque cantatum . Au-
 gur qui non ceciderunt , ne cadant ; audiant qui ceci-
 derunt , ut surgant . Tanti viri peccatum non tacetur ,
 iudicatur in Ecclesia , audiunt malè viventes , & quæ-
 que sibi patrocinia peccandi : attendunt unde defen-
 dit , quod committere paraverunt , non unde caveant ,
 sed non commiserunt , & dicunt sibi : Si David , cur
 & ego ? Inde anima iniquior ; quæ cum propterea
 fecit , quia David fecit , ideo pejus quam David fe-
 cit . Dicam hoc ipsum , si potero planius . David
 om sibi ita ad exemplum proposuerat , uti tu . Ce-
 brat lapsu cupiditatis , non patrocinio sanctitatis : tu
 tanquam sanctum proponis , ut pecces : non imi-
 tatus sanctitatem , sed imitaris ruinam . Hoc
 est in David , quod in se odit David . Piæparas te ad
 scandum , disponis peccare . Librum Dei , ut pecces ,
 L inspi-

inspicis scripturas Dei ad hoc audis, ut facias, quod dicit David. Hoc non fecit David. Corruptus est per Prodigium non est tam, non lapsus est in Propheta. Alii vero audientes clamaverunt, in casu fortis, metiuntur infirmitatem suam: & simul clamant, Deus devitare cupientes, ab aspectu leucorum, audiunt oculos. Non eos defigunt in pulcritudine carnis, non interiore, nec se ipsos faciunt de perversa simplicitate facti. Miseros; non dicunt, bono animo attendi, benignè amare. Reditus, de Charitate diu aspexi: Proponunt enim fibros, non sum David, & ad hoc illum Magnum vident cecidisse sublimis. ut Parvi nolint videre unde possint cadere. Reputandum ament enim oculos à petulantia, non facile adjungunt mei David. non miscent se mulieribus alienis, non levant oculos magna faciles ad aliena mænia, ad aliena solaria. De longum confitent, libido propè. Alibi erat quod videret, in illo uno eis, qui de lucib; non commiserunt, ut vigilent custodire integritatem & suo ali suam: & cum attendunt Magnum cecidisse, parvum suo habent meant. Si vero aliquis lapsus hæc audit, & aliquid iratissimum in mali conscientia tenet: Attendant quidem vulnera, & etiam magnitudinem, sed non desperet medici maiestates. Unde in Peccatum cum desperatione, certa mors. Nemo ergo dicat: si jam aliquid mali feci, jam damnatus erat sum: Deus malis talibus non ignoscit: cur non addocebat, peccata peccatis? fruar hoc sæculo in voluptate, in hec ad hoc scivia, in cupiditate nefaria: jam perdita spe reparatio nos possit: vel hoc habeam quod video, si non possum habere in se posse, quod credo. Quisquis peccasti, & dubitas agere ordinis penitentiam pro peccato tuo desperando salutem tuam.

uoddi David gementem. Ad te Nathan Prophete non est missus , ipse David ad te missus est. Audi entem clamantem , & simul clama : Audi gementem simul congemise : audi flentem , & lacrimas junctas audi correctum & condelectare. Si tibi non carnis intercludi peccatum , spes veniae non intercludatur. Missus est ad istum virum Nathan Propheta, gne ante Regis humilitatem. Non respuit verba præcipientibus , non dixit : audes mihi loqui , Regi ? cecidit sublimis Prophetam audivit : plebs ejus humilis Reputandum audiat. Audi ergo , & dic cum illo : misericordiam mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, ant omni magnam misericordiam deprecatur , magnam misericordiam De longum confitetur. &c. Ait Nathan Propheta ad David: Iulier tu adives quidam habens plorimas oves , pauper autem illo uno mense ejus , habebat unam oviculam , quam in sinu suo, eis, quæ loco cibo nutriebat. Venit hospes diviti : nihil de cibis suo abstulit ; oviculam vicini pauperis concupivit, parvum suo hospiti occidit. Quid dignus est ? At ille & aliquis erat iratus sententiam. Planè tunc Rex sciens ubi vulnera esset , morte dignum divitem dixit , & ovem ejus factam in quadruplum. Severissime atque justissime. Sed peccatum ejus nondum erat coram eo , post amendum erat , quod fecerat: suam iniuriam nondum non addociebat , & ideo alienæ non ignoscerebat. Sed Propterea in hec ad hoc missus , abstulit à dorso peccatum , & anepartim posuit , ut videret illam sententiam tam semper habeat in se prolatam. Ad secundum & sanandum vulnera agredidi ejus , ferramentum fecit de lingua ejus. &c.

L 2

Sunt

Sunt multi quos peccare non pudet, agere pœnitentiam
pudet. O incredibilis insania! De vulnere ipso non
bescis, de ligatura vulneris erubescis! Nonne no-
fœdus & putidius est? Confuge ergo ad medi-
age pœnitentiam: dic: iniquitatem meam ego
sco, & peccatum meum ante me est semper.
soli peccavi, & malum coram te feci. Quid est hoc?
Coram hominibus enim non erat adultera uxori
& maritus occisus? Nonne omnes noverant, quod
vid fecerat? Quid est: tibi soli peccavi, & malum
rām te tecum? Quia tu solus sine peccato. Ille
Punitor, qui non habet quod in illo puniatur;
stus reprehensor, qui non habet, quod in illo re-
hendatur &c. Restat paucis alloqui vos FF, pro-
multa mala, inter quæ vivimus. Neque enim vi-
tes in rébus humanis, migrare possumus à rébus huma-
nis. Cum tolerantia vivendum est nobis inter mali-
quacum mali essemus, cum tolerantia vixerunt
inter nos. Non obliviscentes quid fuerimus, nondes-
ravimus de his qui nunc sunt, quod fuimus. &c.

Nemo, nec post centum peccata, nec poena
le crimina de misericordia divina desperet. (4) Si
men non desperet, ut sine ulla mora Deum libi re-
pitari festinet: ne forte, si consuetudinem peccati
fecerit, etiamsi velit de diaboli laqueis liberari,
possit. David, qui & Rex & Propheta divino munere
fieri meruit, post tantam gratiam, ita præventus
ut non solum adulterium committeret, sed etiam
omicidium perpetraret: nec tamen se ad hoc referat.

¶ 8. Augustinus serm. 28. de Tempore.

in senectute sua , ad pœnitentiæ medicamenta confusa-
 eret , sed statim cilicio prostratus , conspersus cinere ,
 o non
 in genti rugitu & gemitu pœnitentiam agens , im-
 ne nunc
 illud , quod ipse in Psalmis dixerat : (b) Lava-
 medic
 per singulas noctes lectum meum , lacrimis meis
 ego
 am meum rigabo . Et iterum : (c) Cinerem sicut
 er.
 manducabam , & potum meum cum fletu mi-
 id est hominem . Et quia pœnitentiam agere mortifera securita-
 xor alle
 ton distulit , citò in se Dei miserationem ita revoca-
 quod
 ut non solùm regnum non amitteret , sed etiam
 malum
 spiritus donum recipere mereretur . Sed forte
 Ille ju
 or ; ill
 illo res
 F. prop
 nim vici
 bus huma
 ter mias
 erunt br
 non depen
 &c.
 c peccati
 &c. Agnoscamus quòd Dominus noster , qui
 David post tam grave peccatum indulxit , & Achab
 Sicut
 libi rep
 n peccati
 travit , & meretrici , quæ lacrimis pedes rigaverat ,
 vino mun
 apillis suis terserat , totum indulxit . Qui ergo istis
 eventus e
 us ac talibus peccatoribus veniam dedit , paratus est
 d etiam h
 referat
 nobis , si in veritate convertimur , non solùm pecca-
 tare , sed etiam æternam beatitudinem dare .

L 3

Hæc

¶ Psal. 6. (* Psal. 100.

Hæc ergo cogitantes , quantum possumus , cum
adjutorio laboremus , nè nobis aliqua crimina , ver-
pitalia peccata subrepant . Si vero in hoc malo
aliquis diabolica calliditate prostratus , priusquam
mina ipsa per consuetudinem convalescant , reme-
sibi in die necessitatis acquirat , & cum ingeniu-
tu & gemitu Deum sibi reconciliari contendat :
erubescat pœnitentiam agere , qui non erubuit pe-
tenda committere ; sed citò in se bonis operibus
tendat imaginem reparare , ut inter filios mereatur
gnosci à Patre , ne ab illa æterna beatitudine exclusus
& à convivio nuptiali projectus , ligatis manibus &
dibus projiciatur in tenebras exteriores , ubi est flua
& stolidor dentium &c.

Peccavi Domino , ait David ad Nathan Proph-
tam , cùm de adulterio & homicidio argueretur .
Et transtulit Dominus peccatum à te , ait Prophet.
Nimis , misericordia & veritas obviaverunt sibi .
hoc quidem ut declinet à malo . &c.

David cùm peccavit , charitatem non perdidit,
(e) sed obstupuit quodammodo in eo Charitas ad vio-
mentem temptationis iustum : & charitatis in co[n]tra-
 quam facta est abolitio , sed quasi quædam soporatio ,
quæ mox ut ad vocem arguentis Prophetæ evigilavit ,
continuo in illam ardenterissimæ charitatis consepcionem
erupit . PECCAVI DOMINO : & continuo ridere
meruit . Dominus transtulit à te peccatum tuum , non
morieris .

*¶ S Bernardus in Annunc. serm: 1, circa init: mihi fol: 114.
Idem de Natur: & dignit: Amoris Divin, cap: 6, circa finem
hi fol. 4155.*

FILIUS PRODI- GUS POENITENS,

mago Juventutis, in adolescentia lasci-
vientis, delinquentis, resipiscen-
tis, & poenitentis.

Petrus Chrysologus in cap: 15. Luc: serm:
1. & 2. de Filio Prodigio.

Omo quidam habebat duos filios, & dixit a-
dolescentior ex illis Patri: Pater da mihi por-
tionem substantiae, quae me contingit. Et di-
xit, inquit, ille substantiam. Quantum pius Pater,
quorum haeres impatiens: petente uno ambobus totam
substantiam mox divisit, ut scirent filii, quod ante tene-
runt pater, non fuisse avaritiæ, sed amoris: providentia
non incidentia, non dedisse. Beati filii, quorum tota
in patris charitate substantia. Beati quibus manet
in obsequio patris, in Patris cultura possessio. Con-
trari omnibus adolescentior filius peregrè profectus est.
adolescentior iste planè, non ætate, sed censu: qui
viegavat bona patris, & abiit longè plus mente, quam
filiarem: ut dato, non accepto, pretio miseræ se venderet
mutui. Dissipavit, inquit, substantiam suam. Quæ
posita fuerant patre moderante, prodigente filio
suntur; ut vel tandem sapiat, patrem custodem,
incubatorem fuisse substantiæ. Vivendo luxuriosè.
actualis est ista vita, quia moritur virtutibus, quæ vi-

L 4

tiis

tis vivit; sepelitur famæ , perit gloriæ , qui manet
 pitudini , crescit infamia . Et postquam consummatur , cu
 omnia , facta est famæ valida in regione illa . Luxus intran
 ventri , gulæ , famæ tortor apponitur ; ut ibi ultrix genitor
 na sœviat , ubi pœnalis reatus exarserat . Facta est
 mes valida . Ad talem finem semper voracitas tenet
 ad talēm pervenit terminum fugienda voluptatis effusio .
 Et ipse cœpit egere . Filium data facit egere substans
 quæ divitem negata servabat ; ut penes te deficeretur . E
 bendo , qui penes patrem abundaverat non habebat
 Et adhæsit uni civium regionis illius , & misit illum
 villam suam , ut pasceret porcos . Sic invenit , qui se
 agat Patris , qui se committit extraneo , ut sentiat in
 verum judicem , qui fugit indulgentissimum promis
 rem . Affectionis desertor , pietatis refuga depuratur
 porcis , porcis addicitur , porcorum traditus servitus
 porcorum pascua luctuosa percurrit , inquieti gregis
 teritur & maculatur excursu , ut sentiat quām miserum
 sit , amarum quām sit , quietis paternæ beatitudinem per
 didisse . Et cupiebat implere ventrem suum de filiis ,
 quas porci manducabant , & nemo illi dabant . Quām
 crudele ministerium , quia nèque convivit porcis , qui
 vivit porcis . Miser , qui porcorum deficit & esunt in
 saginam . Miser qui squalentis cibi cupit , nec imperat
 qualitatem . In se reversus dixit : quanti mercenarii
 patris mei abundant panibus , ego autem hic famigeratus
 Fames revocat , quem saturitas exularat ; famæ illi pa
 trem dedit sapere , cui copia tulerat sentire gentorem .
 Oneratus venter ad vitia cor deponit , premit mentem
 nè supernam valeat sentire pietatem . In se reversus est

in se antè redit, ut rediret ad Patrem, qui à se antè recessit, sumpserat, cùm recessit à patre. A se migrat, & ab homine totus transit in bestiam, paternæ pietatis immemor, gratiæ luxurij generoris oblitus. Surgam, & ibo ad patrem meum. nebat qui dixit, surgam; intellexit lapsum, sensit ruinam, jacere se turpis luxuriæ respexit in lubrico, & ideò clamat, Surgam, & ibo ad patrem meum. Qua spe? quia fiducia? qua confidentia? qua spe? illa qua pater ficeret. Ego perdidis, quod erat filii; ille quod patris est, habens amisit: Dicam illi, Pater peccavi in cælum, & contumaciam te. Cui peccatur in cælo, non terrenus pater est, sed & cælestis; ideò adjecit: coram te. Cui in cælo & in terra ante oculos sunt omnia, quæ geruntur. Nam non sum dignus vocari filius tuus. Non dicit, non sum dignus esse filius tuus, sed non sum dignus vocari filius tuus; quia vocari ad gratiam pertinet, esse ad naturam. Ecce sicut unum de mercenariis tuis. Ecce potestatis filius quo devenit? voluptas luxuriæ, adolescentiæ libertas, ecce filium quo promovit?

I.

2.

I	quem vel pater genuit,	Ego stirpis infamia,
l	Vel mater tulit gnatum,	Fæx consanguinitatis,
U	Cujus Utrumque puduit,	Ego turpis paræmia
L	In lucem esse natum,	Meæ Posteritatis,
e	Ego sum ille perditus	Tam clari noxa sangvinis
P	Partus, & crux parentum,	Originisque labes.
a	Cui parem est intuitus	Tam pulcri spina germinis.
n	Nec sol, nec firmamentum.	Posteritatis tabes.

L §

3. Heu

3.
Heu pudet! ego **FILIUS**
 Sum **PRODIGUS** meorum,
 Spei, & frugis nullius,
 Sed probrum genitorum,
 Quem credunt esse **perditum**,
 Et talem mœsti dolent,
 Quem totum malis deditum
 Se genuisse nollent.
4.
Audite Terræ filii
 Fortunæ blandioris,
 Mei causam exilii,
 Mœroris & doloris!
Audite! mecum sapite,
 Quicunque deliratis,
 Meæque sanos capite
 Fructus fatuitatis.
5.
Res venit ad triarios,
 Et ad Syntexes lunæ!
 Per casus actos varios
 Ludibria Fortunæ,
Ad hunc me Portum appulit
 Malæ tempestas **Spes**,
 Naupagiisque abstulit
 Thesauri merces mei.
6.
O si Patris ærarium
 Consultiùs tractâsssem,
 Divéque Patrimonium
 Non sic dilapidâsssem,
- Nec ità juvenilibus
 Insanivissim annis,
 Nunc falsis & scurrilibus
 Non sibilarer sanos,
7.
Primas Fortunæ gratias
 Tractavi impudenter,
 Favores & blanditias
 Tuli irreverenter,
 Fortunam ipse ferream
 Mihimet fabricavi,
 Argenteam vel auream
 Cùm possem, non formari.
8.
Ecce à Patre abii?
 Cur effrons valedix?
Cur regiones adii
 Longinquas, in quæ via?
 Ut avis extra caveam,
 Equus absque capistro,
 Qui corruens in foveam,
 Nullo rectus Magistro?
9.
Deceptor patrimonii
 Apitius paterni,
 Depeculator scrinii
 Et ganeo Materni,
Gulo, de grege Porci
 Manducus Epicurus,
 De Phæbadum consortio
 Elpenor periturus.

IO. HAU-

18. AUGU-

10.

Habsti Falerni Promachus,
Xenocrates culinæ,
Gala torus & stomachus,
Et deditus saginæ,
Incongius potantium
Nepos Caligularum,
Elatros devorantium,
Quadrantal Myrtalarum.

11.

Quid me licentia
Traxit, obsecundabam;
Quid suavit impudentia, tñ.
solentia.
Huic lobens aures dabam,
Tribebant vestem carneam
Amicæ vanitates, (a)
Mantem flectebant ceream
Dolosa voluptates.

12.

Qudura me calamitas
Infamiter coegit?
Suprema quæ necessitas
Mendicum me adegit?
(in iñò: quæ fatuitas,
Et amor libertatis,
Effusa juvenilis,
Eterror levitatis?

13.

imes Erisichtonia
Latrante ventrem rodit.

Et ambiens obsonia
Exasperatum fodit,
Suillus grex furfuribus
Ad satiem se farcit,
Plenisque pastus lintribus
Nulli saginæ parcit.

14.

Solus infelix fameo,
Et conqueror annonam,
Et gregibus invideo
Setigeris fortunam,
Qui farciunt se glandibus,
Et ingerunt frumenta,
Totisque turgent ventribus
De farrea polenta.

15.

Audite! (rursus alloquor
Vos pulli vanitatis!)
Audite! (nam sic urgeor
Causis calamitatis)
Audite meas semitas
Quas male ambulabam,
Quibus ad vitæ incitas,
Mortemque properabam.

16.

Suprema quæ consilia
Necessitas suggessit,
Mea inter exilia
Quæ haetenus suppressit.
Superstes verecundia
Me cogit evulgare,

Et

¹⁵ August: conf. l. 8. cap. 77.

Et scelerum stipendia
Meorum enarrare.

17.

Infans ætas secesserat
Nutrices aversata,
Sensimque major creverat
Scientis lactata,
Jam firma manus gladios,
Et lanceas tractare,
Artes, lususque varios
Didicerat versare.

18.

Ephebos jam excesseram.
Et juvenis vocari,
Meique potens poteram
Et capax æstimari.
Ut meam Hæres peterem
A Patre portionem,
Et singularem caperem
Rerum divisionem.

19.

Ergo mihi met sapere
Visus, iam sat adultus,
Prælumpsi mox exigere
Audax, & inconsultus.
Ut hanc, quæ me concerne-
ret,
Partem hæreditatis
Pater divisam traduceret
Menuram æquitatis.

20.

Hic meæ Pater plangere
Exitium ætatis,
Totóque gemens peccator
Furorem cæcitatibus,
Multamque meo vulnori
Suadere medicinam,
Præcipitique funeri
Prædicere ruinam.

21.

Sed cruda me temeritas
Effrontem efferavit,
Et nobilis hæreditas
Infrænem dementavit,
Ut nec madentem fieribus
Audirem deprecantem,
Nec meliora questibus
Admitterem suadentem.

22.

Cautes cordis Marpesia
Firmaverat audacem,
Nulla Patris consilia
Flexere pertinacem,
Nulla Domus calamitas,
Nec preces vicinorum,
Nec Genitorum orbita,
Nec fratri, nec sororu-

23.

Sed jaæta fuit alea
Et tali voluntatis:

Fortuna ducta linea,
Punctumque libertatis;
Immobilis propositum
In mente obstinavi,
Iquem decrevi abitum
Conclusum obfirmavi.

24.

Quid agat Pater? cogitur
Invitus assentiri:
Urgetur aurum poscitur:
Jubetur æs partiri;
Iigo ex alic dividit
Cum fratre portionem,
Infolentem expedit
In novam Regionem.

25.

Sic expeditus, alio
Sub sole, viro Terras:
Tantumque dives spolio
Numatas pando peras,
Et liberali prandia,
Etare, solvo cœnas,
Quædos, & tripudia
Locos, ludos, & scenas.

26.

Confestim fida pectora
Amici & sodales,
Mea stipabant latera
Prompti & vectigales,
In omnia officia
Vota, mandata, nutus,
Obsequia, servitia,
Eventus, & obtutus,

27.

Illi stupere pretia,
Et hospitis splendorem.
Et Tyria tapetia,
Et purpuræ nitorem,
Auro rigentes chlamydes
Gemmis vermiculatas,
Superbas periscelides
Argento incrustatas,

28.

Mirari torques pondere
Artéque insolentes,
Inaures multo decore
Per tempora pendentes,
Armillas & monilia,
Botrytes grandes mole,
Prædas maris, corallia
Indo excocta sole.

29.

Fulgere manus annulis
Superbas & Beryllis,
Topaziis, Carbunculis,
Et Erythræ lapillis,
Pyropis fulgurantibus,
Chrysolithi favillis,
Smaragdis, Adamantibus,
Lychnitis & scintillis.

30.

Et ardearum plumulas,
Et pennas struthionum,
Et in cothurnis lunulas,
Et nodos unionum,

Aulæ

Aulæa tot & Stragula
Exculta Phrygum arte,
Auro cælata pocula,
Lydoque fusa Marte.

31.

Hæc famam mei nominis
Et pretium fecere,
Et magni cultum sanguinis
Viçinis persuasere;
Dolorum hinc artifices
Confestim advolare,
Ipsique se municipes
In servos mancipare.

32.

Hic parasiti laudibus
Me fascinare docti,
Et Pantomimi fraudibus
Exculti & excocti,
Affentatores pascere
Verborum apparatu,
Et callido imponere
Palpones famulatu.

33.

Accessit & fæx insolens
Gnathones, moriones,
Et Iuventutis pestilens
Lenones, Ganeones,
Experti fucum oculis
Allinere casuris,
Et paroxismum loculis
Febrilem morituris.

34.

Sic albæ mentis hominem
Me vafri dementare,
Et sensim in voraginem,
Malorum deturbare;
Sic meas aures ungere
Sirenes blandimenti,
Et facculos emungere
Technarum palpamenta.

35.

Nam quo. me - cumque ver-
terem
Adesse laterones:
Quidquid numatus peteret
Adferre Balatrones,
In meum gens interitum
Ultrò officiosa,
Et in suum promeritum
Turba ingeniola.

36.

Cum his mea consilia
Agebam gaudiorum,
Cum his mea Paneratia
jocorum & ludorum,
Hi Consi in Republica,
Qirite's & Senatus,
Oracula Hi Delphica,
Hi totus consulatus

37.

Sic ergo Saliaria
Convivia struuntur.

Eclata Saturnalia

Hilariter ducuntur,
Plenis fluant delitiis
Dics, noctesque totæ,
Nostri nantant lautiis,
Necbrisque potæ.

38.

HeDidia, & Fannia
Lex procul exulabat,
Neroniana prandia
Culinæ ars fudabat,
Intonc tota vivaria
Coacta ambulare,
In plena aviaria
In focum advolare.

39

In pretiosa pabula
Penus Vitelliana,
Metubras & fercula
Gaza Luculliana,
Innes census impendere,
Erescis lascivire,
Visque quadrâ vivere,
Sumptuque superbire,

40.

Bac gulae delitia,
Obesa turba, cocci,
Solers negotia
Curare, & res focci,
Quis Mystillus, Lesbius
Myris, & Taratalla,
Capo Perdix anxius,
In hac Bacchi procella.

41.

Deorum hic Ambrosia,
Cupediæ Syrorum,
Luxuries Milesia,
Dapes Bœotiorum,
Marci luxus Antonii,
Ingluvies Milonis,
Novellii, Tricongii,
Et epulæ Abronis.

42.

Hic nulla parsimonia,
Nec tenax amor æris,
Sed tota patrimonia
Pansis profusa peris,
In Phasidis altilia
Et lingvas psittacorum,
Lucrina & conchylia,
Jecinorum Scaurorum.

43.

Ipsamet Prodigalitas
Hic visa est regnare,
Et sigmatum varietas
Hic famem proritare.
Ipsa tributum aëri,
Terræque impetare,
Suumque pensum æquori
In censem imputare.

44.

Frugum strues bellaria,
Et arte, & naturâ,
Phœacum quæ pomaria
Tulere, vel cultura,

Elysia

Elysiae Calabriæ,
Nemusque Damascenum,
Felicitas vel Campaniæ
In meam ibat penum.

45.
Hic festa Patris Liberi
Ogygia sonabant,
Læti circum Thysigeri
Pæana accinebant,
Hic celebrata orgia
Sub hedera Jachi,
Hic calicum Quinquatria
Dircae lata Bacchi.

46.
Totas propè vindemias
Saturio haurire,
Campanæ temulentias
Vitis abligurire,
Nobilia præstantiæ
Vina Opimianæ,
Fale næ excellentiæ
Et mulsa Mamertinæ.

47.
Cressæ uva propaginis
Mellitum fudit rorem.
Primique cella nominis
Chium Lenæa florem,
Hunc totis jam non cymbiis
Sed cantharis fundebant,
Non heminis, sed congiis,
Et cirneis bibeant.

48.
Tempestas dici poterat
Hic comessationis,
Nam interruptum fluxere
pluerat

Annus potationis,
Vasa tonabant quercent
Crateres coruscabant,
Et temulentos fulmina
Bacchæa prosternebant

49.
Jam sangvinem accenderat
Crater Capitolinus,
Jopas animaverat
Chordas, & plectra
Chelys, testudo, fistula
Et barbyta tremebant,
Et cornua, & crotala,
Et lyræ personabant

50.
Alternos pedes facere
Allegerat Arion,
Et in choreas ducere
Induxerat Amphion,
Orpheus modulamina
Aures quidem mulcedebat
Sed Dionaea carmina
Lenonem molliebant

51.
O carmina! O cantica,
Quæs mentes incantabant

blandimenta magica,
Quis corda fascinatur?
In Cypridis præstigiis
Mens casta dementatur,

Nec ad postremum scrinia
Redacta jam trientem.

55.

Tandem consumptis loculis
Fortuna avolare,
Tortisque me Sors oculis
Averla fulminare,
Majesta evanescere,
Et Gratiae perire,
Et Hi, & Hæ, rarescere
Sodales, & abire.

56.

Sympotæ tergum vertere,
Et servi disparere,
Nec amplius me noscere,
Nec ut prius parere,
Quin sannis me explodere,
Cachinnis sibilare,
Cicomiasque pindere,
Et sortem reprobrare.

57.

Quin (renovare displicer
Infandum heu dolorem!
Et ferò nimis poenitentia
Meum nosci pudorem!)
Procaces in me ruere
Amati & amatæ,
Et ut Harpyæ furere
Iratæ & iratæ.

M

58 Hi

58.

Hi chlamydem diripere,
Cristatum hi galerum,
Ille crines invadere,
Et souni nuper herum,
Ut sannionem ludere
Cultique spoliare,
Et purpurā exuere,
Et scurram compellare.

59.

Sua collo monilia,
Et humeris catenæ
Avulla, & cimelia
Et Tyriæ crumenæ,
Quin digitos cum annulis
Præsecuisient cultro,
Hæ Mænades, ni facilis
Hos detraxissem ultro.

60.

Hoc nempe charisterium
Donorum & amorum!
Hoc omnium summarium
Excessuum meorum!
Hoc quod prius monuerat
Pater, jam abiturum,
Ali ego, quod prædixerat
Non credidi futurum.

61.

Nam cùm exutus omnibus
Excise sum coactus,
Et simul polsus laribus
E foribus extractus,

Et pro tot beneficiis
Referrem maledicta,
Expensis & divitiis
Tot verbera inflata

62.

Innubis tunc serenitas
Est restituta menti,
Et impudens temeritas
Objecta est dementi,
Et velut inter somnia
Coepi evigilare,
Mea videns naufragia,
Et egestatis mare,

63.

Quot votis & suspiris!
Quot lacrimis dolebas!
Exercitus miseriis,
Sortem meam gemebat
Ah quoties paenituit
Me patrem reliquise,
Et impudenter (doluit)
Hæredem abisse.

64.

Infausta O convivia!
Sed ferò, exclamabam!
O noxia tripudia!
Quæ perditos amabam!
Onequam Sedalitia!
Gulonum & bibonum!
Infamia consortia
Lenarum & Lenonum!

65.

magice p̄stigiae
Estrigum & lenarum,
mentatrices noxiæ
Marum crumenarum,
Quis vos me poeulis
la bestiam mutastis,
Merque phthysim loculis,
Ethecticam afflastis.

66.

Myllides ! O Laides ?
Aticiræ ! Philenæ !
D'Cellæ ! O Thaides !
O Phrynæ ! O leænae !
Quod exsistis Hermiæ ?
Quo Lesbia Catulli ?
Andra ? Floræ ? Lamiæ ?
Identique Tulli ?

67.

arduum Sirenum !
Scyllæ juventutis !
Quam Stygis famulæ !
Tineæ virtutis !
Myæ innocentia !
Efes integratatis !
Myodes Continentia !
Statæ Honestatis !

68.

ates naufragantium
aborum Syrtes morum !
ille pereuntium
late animorum !

O nunquam vestros oculos
Nec contemplatus ora ,
In hos allisa scopulos
Mea non foret prora.

69.

Sic naufragus in mediis
Iacter malorum undis ,
Et crucior inediis ,
Rebusque non secundis :
Disparuere socii
Et sociæ mensarum ,
Mecum nihil negotii
Ferentes , nec curarum .

70.

Procul esse Amphiones
Tunc millies avebam .
Nunquam nōsse Ariones ,
Nec musicos optabam :
Ad usque Thulen ultimam
Omnes īsse choreas
Et cum his luem pessimam
Idalias Medæas :

71.

O improba temeritas
Tot insolentiarum !
O stulta prodigalitas
Tantarum expensarum ?
Quibus sisus tam impudens
In pium Patrem fui ,
Meamque ferò sapiens
Protervitatem lui.

M 2

72. Ad

72.

Ad me non posse credidi
 Volentem Egestatem
 Venire, sed cùm incidi
 In hanc mendicitatem,
 Tunc potuisse Peniam *
 Me seni involare,
 Ut cogerer hanc nāniam
 Cantare, vel plorare.

73.

Hæc pœna justa Prodigio
 Patrem deseruisse!
 Nunc mīca panis indigo,
 Nec hanc obtinuisse.
 Nunc pallida jejunia
 Lautitias mensarum
 Compenfant, & impendia
 Tot temulentiarum.

74.

Calamitatum acies
 Me plectit & exercet,
 Fames & lenta macies
 Indocilem coērcet,
 Impransus dies transigo
 Noctesque incenatus,
 Nec est qui crustam indigo,
 Expendat imploratus.

75.

Suprēma in inedia
 Quid consili capescam?
 Ut ad notorum oftia
 Rogem mendicus escam?

Ut hi, qui meis loculis
 Sunt lautè epulati,
 Semelis panis frustulis
 Insultant invocati?

76.

Sed ipsa hic erubuit
 Mendicitas rogare:
 Et, in annonam pudore
 Cauponam implorare,
 Forésque tot flagitis
 Infames salutare,
 Et meis tot miseriis
 Cachinnos cumulare.

77.

Visam ignotos petere
 Consultiū penates,
 Et peregrinos querere
 Heros vel Mæcenates,
 Aut si & apud Exteros
 Neceslum est famere
 Præstabit inter barbaros
 Inglorium egeri.

78.

Ergo invisam omnibus
 Ignaris Urbem linguo,
 Novisque regionibus
 Novus hospes propinquo
 O qualis illa regio!
 Solum triste, immite,
 Mæ futura statio
 Exiliūmve vita?

* Dei paupertatis.

79.

elles hiabant horridæ
Perris, saxisque cinctæ,
omis, rubisque confitæ
Et lenticetis vinctæ,
Propter rivos de montibus
Educis Alni stabant,
et montes fœti quercubus
Convalles inumbrabant.

80.

Dicunque verti lumina
Vita habebat Eremus,
interpetrarum culmina
Umbrosam Cornis nemus.
utique colles Illice
Hoc Ithacam cingebant,
gronque multo Silice
Conspersos asperabant.

81.

Sollicitas
Incesserat horrorem,
mea infelicitas
Excusserat timorem,
ventris murmura
Compescere famentis,
qis quam terræ nemora
videre blandientis.

82.

Oppræces extorserat,
Et docuit rogare,
quid pudor incusserat
Hoc, illa, infirmare,

Panem (ah charò constitit
Hæc offula roganem ,
Vox hæsit, lingua substitit
Et lusit supplicantem)

83.

Panem (quamvis inedia
Impresserit palorem ,
Sed ipsa verecundia
Induxerat ruborem)
Panem (vocavi Dominam)
A villica rogavi ,
Et Cererem, heu modicam !
Et nigram impetravi !

84.

Quæm rusticum hoc prandium
Obstupuit palatum !
Hoc primum antecenium
Tam durè comparatum ,
Præfigiebat reliquas ,
Quas nondum dapes sci-
rem ,
Et quas porcorum filiquas ,
Jejunus elurirem .

85.

Sed atri panis nauseam
Carboni concolorem ,
Fames fecit ambrosiam
Et indidit saporem ,
Ut crederem lautitas
Me Palatinas esse ,

M 3

Et

Et fontem, Ceu delicias
Bacchæas glutiisse.

86.

Condire famæs potuit
Omnem supra cibum.
Mutare duras docuit
In dulcem glandes libum.
Ipsa coetus frugalitas
Et venter eluritor,
Ipsa focus necessitas.
Penus & dispensator.

87.

Jam doctus corna mandere.
Et rubos explorare,
Jam corylos excutere
Et nuces vestigare,
Silvestres Pyros scandere,
Et Malos expilare,
Acerba pruna legere,
Et stomacho litare.

88.

Sic destitutus omnibus
Exul, miser, afflitus,
Philemonis mapalibus
Propinquo derelictus,
Et ruri hospes hospitem
Ignotus peregrinum
Saluto, & in velitem
Me vendo pecorinum.

89.

Sed molle me cum cerneret,
Nec viribus valere,

Secum tacens quid agere
Hoc famulo, mouere,

Nam tergum ferre pondere
Elumbe non valebat,

Nec Equifonis onera
Exhausta vis sinebat,

90.

Solum aratro vertere,
Aut sarculum torquere,
Hortum ligone fodere,
Aut agrum exercere,
Nec quercus silvis cadere,
Nec fraxinos valebam,
Nec grandes Ornus findere
Inhabilis sciebam.

91.

Unum ergo supererat,
Pedium mihi & pera,
In hoc, mecum convenerat
Herus, & Baucis hera,
Ut in campos concederet
Suo præfectus gregi,
Et porcos ruri pacheret,
Quod munus & elegi.

92.

Tam nobilem hæc regio
Subulcum non habebit,
Nec ullia SUUM legio
Quam talis Rex pauperet,
Nam nepos MARCI PORCI
Hic poteram videri,
Et COROCOTTÆ GRUNNIE
De sanguine conteri.

93. sed

93.
ed cultus fuit rusticus
Et endromis ruralis,
mor in veste sordidus,
Et canto pluvialis,
Iuvum tegebat simium
In penula latenter,
Agere eximium
Lurcitus regentem.

94.
meritis ibam Curius
Nicola capillis,
Curens & errans invius
Gregem cogens flagellis,
Ere nulla vagus otia
Currens per arva sivit,
Adiugia negotia
Afflito facessivit.

95.
utis pedes veribus,
Plantasque vulneratas,
Quisque tuli sentibus
Infixis fauciatis,
Tenta quot vestigia
Impressa sunt arenæ,
Totis tot prefluvia
Asse dedere venæ.

96.
Tortice sandalia
Uebant à cruroe,
& humeralia
Uadebant à sudore,

Toto languentem corpore
Solis urebat æstus,
Anhelo fessum pectore
Cursus fregit molestus.

97.

Qui prius Idæ floribus
Mollis inambulabam,
Pæstanis me odoribus
Succisque recreabam,
Calcabam pulvinaria
Nardo, calthaque fulta,
Phæacum & rosaria
Magistrâ Florâ, culta.

98.

Nunc seminudus currere
Per densa senticeta,
Et cespitando ruere
In domos & saxeta,
Sus errans cogit debilem,
Et tot ærumnis fractum,
Fortunâ miserabilem
In fabulam redactum.

99.

Oientes florum animæ
Et Chloridis roseta,
Perendes fiant lacrimæ,
Pro moscho sunt simeta,
Qui prius gemmis nitui,
Vestemque pictus aure,
Juglandis instar arui
Gangetico par Mauro.

M 4

100. Me

300. *ad oīt*
Me ammet turpitudinem
 Et umbram improvisam,
Ex horru imaginem
 In fontis vitro visam;
Luror dedit suspiria,
 Et lacrimam pidores.

Sera nimis deliria
 Jam pœnitent dolores,

104.

In me armantur sidera,
 Irasque cæsum librat,
Hyems immittit frigora,
 Astas calores vibrat,
In duram strigor glaciem
 Furente Aquilone,
Totam exiccor faciem
 Exustus à Leone.

105.

Nubes prægnantes imbris
 Densis pluunt procellis,
Plenæ tonant fulminibus,
 Et tempestatum bellis,
Velut flammis ultricibus
 Innoxium ituræ,
 Aut pluviis vindicibus
 Delicta eluturæ.

106.

Mæ pellis alumnali,
 Thoracis inquilihi,
Fæc multipes vermiculi
 Sanguipotæ echini,

Nocte, diéque vendicæ
 Et exigunt tributum,
Me lancingant, mevere
 Nullo momento tunc

104.

Hinc neque hox, nec eis
 Immunis à dolore,
 Aut si brevis ulla quis
 Inducta est sopore,
In cœpitem projecto,
 Toto extensus corpore
 Hoc cubital, hic lectus

105.

Hic stulta noctis somnia
 Illudunt dormienti,
 Persuadet Morpheus omni,
 Sopito & credenti,
 Nam prima me felicitas
 Ut suum colit herum,
 Sed vigili calamitas
 Votum condemnata.

106.

Omnes turbat imagines,
 Cervical durum, flux,
 Dulcésque lætitidines
 Concussa ventis lex,
 Fractique fragor robora
 Et Boreæ furores,
 Et grunnientis pecoris
 Circum aures, clamores,

107.

107.

Qualis hæc conditio !
 Vita inquietudo !
 Jam sera me contritio,
 Et culpa pœnitudo
 Maniora stimulat,
 Inquietus meliora,
 Lacrimas accumulat
 In nostra fusas ora.

108.

Seris mœstus suspirii
 Meam Catillo fortem
 Deploro, & fastidiis
 Mille pœopto mortem,
 Miseret gravis, lacrimas
 Fundo nil profuturas,
 Et animi mœsti simas
 Incassum volvo curas!

109.

Sopitum me pandaria
 Regalis recreabat,
 Sed vigilem inedia,
 Et fames cruciabat,
 Tercina greges prandia,
 Cœnasque ligurire,
 Ne pallida jejunia
 Cogebant esurire.

110.

Rebam ventrem furfure
 Latrante fatiare,
 Inhiante gutture
 Esuriem placare,

Sed furfur nemo, nec vilis
 Quisquias polentæ
 Præbebatur, miserabilis
 Sortem dolens juventæ.

III.

Ergo. Sus, dixi saepius,
 A linte satur abit ?
 Et ponè Pastor sobrius
 Famelicusque itabit ?
 Stabit ? videns ingluviem
 Brutalem satiarī ?
 Et me pati esuriēm ?
 A nemine cibari ?

II.

Grex satur intrat stabulum,
 Ventrem plenus quiescit,
 Pastor suspirans pabulum
 Inediā satiscit ?
 O Terra ferox, barbara !
 Excors, inhospitalis !
 Non his, vos testor nemora,
 Posthac torquebor malis,

II.

Ibo (nam Patris memini
 Abundè servos esse,
 Defiriique nemini
 Pastum, sed superesse)
 Ibo, & me mancipiis
 Ignotum immiscebo,
 Vernarum & eduliis
 Reliq̄is me replebo.

M 5

114.

II4.
Quin tecta petam patria,
Laresque penetrabo,
Pudem iusensus, atria
Furtivus subintrabo;
Ut, ut, fortuna tulerit
(Fors misero favebit)
Tentabo: si repulerit,
Tentasse nil nocebit.

II5.
Tandem sat fit Porcarium
Famere & servire,
Patris juvat panarium
Perunque convenire,
Forsitan si intellexerit
Mendicum venientem,
Parcer, aut me conspicerit
Flentein & pœnitentem.

II6.
Ibo, & pronus corrugam
Ad pedes Genitoris,
Et lacrimis lios ablucam,
Et oculis doloris,
Fors Patris tangent viscera
Et mollicit rigores,
Degenerisque vulnera
Novi claudent favores.

II7.
Ibo, stat fixum sorgere,
Stat fixum pœnitere,
Propodium exuere,
Et here MISERERE,

Dicam levatis manibus
PATER IN TE PECCAT
Infamis tot criminibus
Pentolabus erravi. †

II8.
In vestra beneficia!
O fidera! deliqui!
Carnis sequens delitia,
Cum Deum derliqui,
Indignus ut intuear
Et vos, & Patrem meum,
Cum ultionem mercar
Et culpa damnet eum.

II9.
Nolo me Pater filium,
Ut prius, dicas tuum,
Sed servum Mercenarii,
Et CONVICTOREM SUUM,
Sit fas tuis servitis
Postremum aggregari,
Et de mensæ repotii
Indignum latiari.

II10.
Sic ego: vos Soilia,
Lintres, Silva, valet,
Guttur, venter & ilia
Non amplius famete:
Juvat (ad Patrem proprie)
Magale reliquie;
Si verbo peilar alpero:
Sat sit Patrem vidisse.

† Scurto.

*Idem Filius Prodigus, alio Rhythmo
Poenitens.*

Prodigus ille filius in se reversus, surgam, inquit,
& vadam ad Patrem meum; Prudenter ait, surgam,
vadam ad eum, qui in cælis est, Patrem. Sed nimis exi-
lū & macilenta spem, reposuerat in sinu suo, mer-
cenariam conditionem Patrem rogaturus. Modestè
quidem pro meritis, sed de paternæ miserationis copia
humiliter nimis, & injuriosè sentiens: verè famelici
in hoc animi judicium & inediā confecti. Dicam,
inquit, ei: Pater fac me sicut unum de mercenariis tuis.
Non enim poterat jejunam & macram spem ad majora
portgere. Surgam, inquit, & vadam ad Patrem meum.
Iste de quærendo nil movetur Patre, tantum de
scendendo sollicitus. Gilbertus Abbas sup; Cant: serm:
fol: 1766, lit: B.

I.

Quousque leno prodigus
Orbe vagor?
Accella panis indigus
Exul agor!
In fabiis de furfure
Pastus vivo,
Expulsus cum tortura
Potor rivo,
Dormio sub clivo.
2.
Pannolus fordeo,
Pudet fari:

Suillos lntres mordeo,
Certo pari
Fame pro quadra glandium,
Large datur
Porcis convivis prandium,
Mi negatur,
Solas non sum sator!

3.

In his Juventa nobilis
Met annis,
Et vita duxit mobilis
Ceū tyannis:

Hæc

Hæc præmia libidinum, A Patre totus filius,
 Hæc amorom, Non sum dignus,
 Hæc merces sunt Cupidinum Ut vocer natus illius,
 Perditorum, Nec Privignos,
 Harum fraus & Horum. Sed servus malignus

Exercitium 4.

Agnoso imprudentiam Non peto in triclinio
 Iuventutis, Epulari,
 Paternæ indulgentiam Nec regi lectisternio
 Senectutis, Singulare,
 Ibo, precabor supplici Nec auri primo yellei
 Genus flexus, Exornati,
 Fors gratia me dupliciti Circumplexus
 Patris stringet nexus. Honorati,
 Pronus adorati.

7.

Non peto in triclinio
 Epulari,
 Nec regi lectisternio
 Singulare,
 Nec auri primo yellei
 Exornati,
 Nec ut prius excelleat Honorati,
 Pronus adorati.

5.

Culpam dicam iungenuè, Ad tuum Pater, ostium
 Non morabor : Excubabo,
 Scelus fatebor strenuè, Custodiásque postium
 Deprecabor, Observabo!
 Extorrem pudet Patria Fac ultimus de vernalis
 Sic vagari, Sim tacrum,
 Ibo sub Patris atria Fruârque panis crustulis
 Lamentari, Minimorum
 Veniam precari. Pars mancipiorum.

8.

Ad tuum Pater, ostium
 Excubabo,
 Custodiásque postium
 Observabo!
 Fac ultimus de vernalis
 Sim tacrum,
 Fruârque panis crustulis
 Minimorum
 Pars mancipiorum.

6.

In Te Pater, & Sidera Da Pater, da paupercula
 Bis peccavi! Supplex dico,
 Naturæ rupi foedera, Defamulorum ferculo
 Declinavi Panis micam,

9.

Da Pater, da paupercula
 Supplex dico,
 Defamulorum ferculo
 Panis micam,

Mea quidem indignitas
Non meretur,
Sed Patris fors severitas
Mollietur,
Et in me flectetur,

10.

Hic grandis noxa, fateor,
Quam admisi,
Peccati sorde moveor
Tam invisi,
Cum scortis patrimonium
Degulavi:
Dicens, fert testimonium
Mens, peccavi,
Turpiter erravi.

11.

Mevile mendicabulum
Luxus fecit,

Lopanar & prostibulum
Huc projicit,
Pro aula, patet Babylonum
Hara brevis,
Cum suibus par pabulum

Esca levis;

Meis par merx navis.

12.

Ergo valete illices
Tot malorum,
Nequam meorum complices
Scandalorum,
Satis indulsum Thaidis
Est amori,
Satis famoso Laidis
Est colori,
Nunc plangam Dolori.

Pater peccavi in cœlum & coram te,
jam non sum dignus vocari filius tuus.

Luc. 15 v. 19.

Homo quidam habuit duos filios. (a) Quis hic homo est? Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis. Quosnam porrò habuit duos filios? Iustos scilicet & peccatores, eos, inquit, qui divina misericordia servant, & qui dominica transgreduntur precepta. Et dixit adolescentior ex illis, Patri; Quis est hic adolescentior filius? Qui mente fuit insta-

bili

(a) S. Joan: Chrysostomus orat: 4. in Parab; de filiis Prod: Luc: 15, mihi fol. 1283. Tom. 5.

bili præditus . & juventutis turbinibus agitatus .
 trem agnovit natura eum , qui se condiderat , licet ho-
 nore non prosequuta sit voluntas libera Creatorem tuum
Pater da mibi portionem substantiæ , quæ me contingit
 Rectè petiit à Deo , quæ Dei sunt , sed malè , quæ
 petit , perdidit . *Et divisit illis substantiam Pater . De-*
 dit illis , ut domum propriam Mundum universum ; di-
 dit ipsis , ut Creator , creaturam omnem , ipsis corpora
 & animas ratione præditas largitus est , ut ratione , qua-
 si manu ducti nihil agerent contra rationem . Propo-
 suit ipsis legem suam ; & naturalem & scriptam , quæ
 divinum pædagogum , ut ab ea instituti legislatoris vo-
 luntatem adimplerent . *Et non post multos dies , co-*
gregatus omnibus adolescentior filius , ut adolescentior
 decebat , fecit , profectus est peregrè in regionem Iona-
 ginquam , dilcessit à Døg , & discessit ab eo Deus . Non
 enim vim facit illi , qui nolit ipsi servire . Sunt enim
 arbitrii , non necessitatis , virtutes omnes . *Ibi discep-*
vit substantiam suam , vivendo luxuriose . Ibi animæ
 divitias omnes perdidit : ibi delectans , & delitiis perfrui
 ens naufragium fecit : ibi ludens & delusus pauper al-
 factus : ibi corruptrices animæ voluptates mercatus &
 risum emens , extrema lacrimarum accepit : ac virtutes
 quidem quas habuit , abjecit , scelera autem , quæ
 non habuit , assumpsit . Cùm verò omnia consumphi-
 set , non enim solent durare surpiter viventibus dñis
 gratiæ , facta est famæ valida in regione illa ; ubi enim
 temperantia fruges non excoluntur , ibi famæ valida :
 ubi virginitatis racemos in torculari non premitur , ibi
 famæ valida : ubi fertilitas malorum , ibi omnino fæ-

ditas bonorum : ubi abundantia malarum actionum,
 si omnino raritas virtutum : nam ubi humanitatis oleum
 non scaturit, ibi fames valida. Tunc ergo & ipse cœpit
 gœ. Nihil enim ei reliquum fuerat, nisi ea, quæ in-
 temperantiae propria sunt, postquam omnia turpitudi-
 naciona commiserat. Et profectus adhæsit uni ci-
 sum regionis illius. Cives autem regionis illius sunt
 dæmones, in qua profugus degebat. Et misit eum in
 eam suam civis ille, ut pasceret porcos. Sic enim
 amore afficiunt dæmones eos, qui se honore proce-
 suntur : sic amant eos, à quibus amantur : talia
 atra largiuntur illis, qui sibi obediunt. Et cupiebat
 implere ventrem suum de siliquis, quas porci man-
 cubabant. Quid autem hoc est de siliquis ? Nam si-
 quorum gustus dulcis est, sed tamen & asper simul, &
 officillis. Ejusmodi est & peccati natura, paululum
 admodum exhilarat, sed punit plurimum, Delectat ad
 campus, & æternum castigat. In se autem reversus,
 apud se priorem felicitatem cogitans, ad posterio-
 rem hanc miseriam, sibique in memoriam revocans, qua-
 es, cum versaretur cum Deo & Patre, qualis au-
 tem nunc sit, dum dæmonibus subjectus est, in se ergo
 versus dixit : *Quanti mercenarii in domo Patris mei
 erant panibus, ego autem hic fame pereo : quām
 si nunc catechumeni sacris literis perfruuntur, Ego
 cum fame divinorum oraculorum teneor ? O quan-
 te ipsum bonis privavi ! O quantis me ipsum malis
 iūcui ! Cur enim à beato illo convictu secessi ? Cur
 in hanc mortiferam vitam ingessi ? Didici ex iis, quæ
 sum, Deum non derelinquere, didici eum sem-*
 per

per tenere, qui se retinentes semper conservat : dico
impuris dæmonibus non credere, qui omnem impur-
itatem, & depravationem docent. Quid ergo ait? San-
gam, & ibo ad patrem meum. Revertar bene, unde distin-
tum malè. Redibo ad Patrem meum Conditorem, Dominum
& Creatorem, & Provisorem, & comprehendam eum
qui solet exspectare, & secum assumpsit eos, qui
eum se converterant. Surgam, & ibo ad Patrem meum
& dicam illi : Pater peccavi in cælum, & coram te
Nam non sum dignus vocari filius tuus, fac me fieri
unum de mercenariis tuis, sufficiunt mihi ad salutem ha-
verba. Sufficit mihi ad obsecrationem Patris mei no-
men: etenim facere non potest Pater meus à me ap-
plicatus, quin se patrem operibus prodat: non potest
commovere viscera sua, qui misericors est: non potest
cum audierit, PECCAVI, non veniam dare delictis
meis: non potest, cum vocem meam exaudierit, iusta
iræ suæ non obliviisci. Scio quantum apud eum valeat
pœnitentia: scio quantum possint apud eum lacer-
scio quo pacto quisque peccator ad ipsum convertere &
flens amarè peccatorum obtineat remissionem. Non
Dei mei bonitatem: novi Patris mei benignitatem. Mi-
serabitur mei pœnitentis, quem non punivit pecca-
tem, &c.

Vides quod divinum patrimonium petentibus da-
tur. (b) Nec putes culpam patris, quod adolescentiori
dedit. Nulla Dei regno infirma ætas, nec fides grave-
rur annis. Iple certè se judicavit idoneum, qui populi.
Atque utinam non recessisset à Patre, impedimenta

(b) Ambrosius lib. 7. comment: in cap. 15. Luc. post initiam.

scilicet etatis. Sed posteaquam domum patrum de-
linquens, peregrè profectus est, cœpit egere. Meri-
tudo ergo prodegit patrimonium, qui recessit ab Ecclesia.
Peregrè profectus est in regionem longinquam. Quid
longinquis, quam à se recedere; nec regionibus, sed
monibus separari: Studiis discretum esse, non terris: &
qui interfuso luxuriæ secularis æstu, divortia habere
in foro? Etenim qui se à Christo separat, exul est
ante, civis est mundi. Sed nos non sumus advenæ
quæ peregrini, sed cives sumus sanctorum, & dome-
ni Dei. Qui enim eramus longè, facti sumus propè
longinque Christi. Non invideamus de longinqua re-
gione remeantibus: quia & nos fuimus in regione
longinqua, sicut Isaías docet. Sic enim habes. Qui
erabant in regione umbræ mortis, lux orta est illis.
Ergo longinqua, umbra est mortis. Nos autem,
spiritus ante faciem Christus est Dominus, in
umbra vivimus Christi. Et ideo dicit Ecclesia: in um-
bris concupivi & sedi. Ille igitur vivendo luxu-
re, consumpsit omnia ornamenta naturæ. Unde
qui acceperisti imaginem Dei, qui habes similitudi-
nem ejus, noli eam irrationali fœditate consumere,
qui accepisti imaginem Dei es: noli ligno dicere Pater meus es; nè ac-
cessimilitudinem ligni, quia scriptum est: similes
sunt, qui faciunt ea.

Flagellat Deus omnem filium, quem recipit. (c
iplinam ejus sustinete: sicut filios, ita & vos ag-
reditur Deus. Quod probat ille filius Junior, in Evan-
gelio

N

(e S. Augustinus tomo 9. Tract. 5. de tempore Barbarico, mihi fol.
35.

gilio positus, qui disciplinam paternam contemp*am* co
substantiam suam in meretricibus erogavit, porcospan*mali*
fame contritus est, siliquis porcorum ventrem fu*nd*it, q*ui*
implere non potuit, tandem aliquando reversus et regionis
se, & invenit se, qui perdiderat se, & in mente*re* cupi
venit, quod multi mercenarii patris sui abundanter
panibus, ipse verò fame periret. Statim surrexit, ut duri
patrem recurrit, non se filium, sed tanquam un*us*, sec*und*
ex servis computari rogavit. Inclinatur rogari humeris
tas, excitatur misericordia: voces filii p*œnitentis* co*ad*de*p*
cutiunt paterna viscera. Dicit se filius indignum, secund
ille eum judicet dignum. Rogat ut in numero seruatur.
rum jubeatur suscipi; & pater ei illam primam s*ecundum* on
jubet afferri; mactat vitulum saginatum, chomate dele
congregat, advocat amicos, facit epulum magnum; quod ebr
re? Quia hic filius meus, inquit, mortuus fuit, quod
revixit; perierat, & inventus est. Hanc similitudinem su*am*
Dominus in Evangelio proposuit, quam ipse emper*er*
posuit: Dicens: tale gaudium fieri in cælo super peccato*m*
tore p*œnitentiam* agente.

Nam sicut filius ille, (^d) qui peregrè profectus est in regionem longinquam, ubi dissipavit substantiam suam luxuriosè vivendo, sic & quicumque peccator, dum carnales voluptates diligit, à Domino perigrinatur; & quantò peccando fit dissimilior, tanto magis manitiat à Deo elongatur; substantia enim hominis est *tempus* item, quod vivit, cogitat, sapit, & loquitur, quæ Deum & quæ dividit. Quam substantiam peccator consumit, & sp*ecies* Sed

(d) Idem serm. 28, ad fratres in Eremo de filio prôdigo.

ntemporiam conscientiam, & vitam, & cogitationes, & verba
 rcospat, malis actionibus impendit. De filio etiam isto dici-
 rem sum, quod cœpit egere: & ideo adhæsit uni civium
 rsus etiā gōos, & misit eum in villam, ut pasceret porcos,
 nentamē cupiebat implere ventrē de siliquis, quas porci
 būndacā māducabant, & nemo illi dabant. Eget enim pecca-
 tā rexīt, ut dum cupit implere ventrē, non pāne vitā æter-
 nam uānt, sed glandib⁹, qui porcorum cib⁹ est. Ideo
 ari humānūt uni de principib⁹ mundi, sub cujus favore
 entis comeat̨ porcos, id est, dæmones valeat. Porcus enim
 nūm, inūndum animal est, & de fōrdib⁹ saturatur, & de-
 ero seruāt̨. Siliquæ enim sunt non solum glandes, sed
 am sicut omne turpe & immundum, quod porcus come-
 chom̨ delectatur. Istæ denique siliquæ sunt fornicatio-
 um; q̨ si, ebriositas, & gulosity. Isti enim sunt dæmonum
 fuerat, quibus peccator repleri desiderat, sed nemo dat
 similitudinē sufficientiam. Peccator enim semper famescit,
 m̨ ipse semper devorare quārit, nunc luxuriando, nunc alia
 per peccātūdōnē semper delectari desiderat. Sed visitante Do-
 no patre per gratiam passionis suæ pœnit̨ miser pec-
 cator, dolet iam pascere porcos, cogitat, & cogitando sur-
 subit, ubergens ad patrem, & dicens; Pater, peccavi in cælum,
 que p̨c̨c̨a, a lassūpsi frequenter nomen tuum, & sanctorum
 nino p̨c̨c̨a, in vanum. Peccavi etiam corām te, quia in tua
 antō magis manitate peccavi, quia non cognovi opere tuam infir-
 estimāt̨, atem, quam pro me paſſus es. Peccavi corām te,
 & Deus & homo es. Peccavi in cælum, quia in Pa-
 cōlūm & spiritum S. Non igitur sum dignus vocari filius
 domus. Sed quid fecerit pius pater, audiamus, legamus,
 dicemus, non sileamus. Nam misericordiā motus,

N 2

videns

videns illum venientem , occurrit : videns lacrimat ,
 tem , lacrimatur : videns eum nudatum , stolam jucundim
 parati : videns eum discalceatum , calceatur : credentes in
 eum debilem & famelicum , occidi jubet vitulum suum mortali-
 tum . O quam grandis misericordia tanti patris ! O dulcis !
 quam infinita ejus pietas ! O quam dulcis ! O quam
 misericordia ! Ecce enim filius peregrinè fugit , & tunc
 patienter exspectat : Omnia bona destruxit , & tamen datur
 se revocare festinat . Porcos pascit , & ei jam ruris ,
 ium parat . FAME jam ferè emoritur , & epulati iuniorum
 clamat . Nudus apparet , bonis operibus privatus . Tunc ergo
 ecce stola pristinæ gratiæ Salvatoris , quam in baptismo ad pe-
 recepit , induitur , & annulus fidei desponsationis datus , tunc pa-
 ne amplius valeat pascere porcos , qui ad domum persequuntur
 fugit : sed tanquam civis sanctorum , & domesticus quando
 fundetur in domo divinæ majestatis in æternum , & omni combus-
 Quod bene ostendit ille misericordiæ pater , quaenam
 dens illum , misericordiæ motus est , & occurrit . Iacovi
 brachia extendens super collum ejus , osculatus est . Iacobus
 dicens servis suis ; adducite vitulum , & manducemus . Hunc pa-
 filius meus mortuus erat , & revixit : perierat , & inveneramus
 est . Similiter hoc idem Salvator Petro , quando eum nos
 gavit , quando illum respexit , quando respexit nesciam
 tem ejus , tunc flevit amare . Occurrit peccatori Salvato-
 vator : quia per se non potest ad Deum accedere , nisi mente
 subveniat , nisi mentem ejus respiciat . Sed postquam populat
 res pexerit , flectitur super collum ejus , quia onus sum
 leve ponit super collum ejus , dicens : Discite à me convivere
 quia misericordia sum , & humilis corde . Tunc stola induimus

s latimatur, dum anima indumento virtutum vestitur. Duæ
 solum iecundum stolæ sunt : Una videlicet, quando anima in præ-
 cinctu indumento virtutum vestitur. Altera vero im-
 um ligamentum est, quando corpus in fine saeculi etiam re-
 patris, habitabitur. Et ideo, Fratres mei, licet in eremo si-
 quamvis, scire tamen debetis, quod duæ stolæ sunt, duæ
 & transmutationes : quarum una est animæ, quando resu-
 & tamenatur à vitiis, in quibus mortua jacebat : altera cor-
 jam vivis, quando corpus configuratum erit corpori cla-
 pulari domini Christi, quando in die judicii reformabitur.
 ivatus, Ergo Fratres mei, & Corona matris meæ, scitote,
 in baptismo porcos jam pavimus, cum multo tempore dæmo-
 nionis deinceps peccando placuimus. Jam frequenter eorum si-
 num per quas desideravimus, quando mundo placere voluimus,
 esticus quando in eo florere concupivimus, quando delecta-
 m, & umbras suis toto affectu adhæsimus. Sed nunc Dei
 , qualitera servi Christi sumus, clamare non cessemus :
 currit, *Veni Domine, jam non sum dignus vocari filius tuus.*
 us effrenorum clamorem audiens occurrit nobis osculando,
 cemus Hocum pacem donando. Stolam donavit, quando a-
 & inventam vitiis spoliavit, Annulum donavit, quando in
 idem nos roboravit. Calceamenta donavit, quando me-
 pexit in diem mortis nobis impressit. Vitulum occidit,
 ceator. Secundo in sacramento altaris memoriam passionis ejus
 ere, niente renovavit. Tunc nobiscum pater manducat
 quamvis poplatur, quando in operibus suis perseverando de-
 a onus sumus : Tunc sic nobis ornatis præcipit angelis Deus,
 cito à me convivium præparent, quia mortui eramus, & sur-
 tolâ indecimus : perieramus & inventi sumus, &c.

N 3

PETRUS

PETRUS POE NITENS,

Schema Virorum in dignitate sacra, St
tus Ecclesiastici, constitutorum, delinquen
tium, resipiscentium, & reatus suos
deplorantium.

Dolor Acrimas Petri lego, satisfactionem non lego,
sed quod defendi non potest, ablui potest. L
vant lacrimæ delictum, quod voce pudore
dicere, vel confiteri. Lacrimæ veniam non postulant
sed merentur. Flevit amarè, ut lacrimæ lavarent del
ictum, tu similiter lacrimis dilue culpam. Non invento
quid dixerit, sed quod flevit. *S. Ambros; Super Lib.*
ib: 9.

Petrus singulis noctibus ad galli cantum procideret
in genua, petensque veniam, deflebat peccatum neglige
nis Christi uberrimis lacrimis, adeò, ut oculi jugiter ru
berent, quasi sanguine respersi, & in genis canalis, lenti
mis quasi excavatus appareret. *S. Clemens apud Nur
phorum. lib. 2. cap. 37.*

I.

Cicumque Nomen no
tum est
Simonis Piscatoris,
Illud infame totum est,
Ob culpam peccatoris:

Hunc, quem Daemon expedit

Ut triticum cibram
Hiç cogitur, quo per illa
Delictum deplorare

2.

Si fletus quis audiérat,
Et improbos singultus

E causam inquisierit
Madentis imbre vultus:
Colpam subesse judicet
Tanto dignam moerori,
Quaejugi cor sacrificet
Invictimam Dolori.

ra, Ste
linquen
ios
non leg
otest, L
pudor
postulat
arent de
on invento
Super Lut
procides
n negant
ugiterne
alis, lati
pud Nuc
on erpen
prare,
porita
rare,
rit,
gulus,

3.
Sculpa fuit fletibus,
Aut lacrimis reatus
Signus plangi perpetibus
Ab illo perpetratus:
Hoc; quem Reus defleo:
Hoc, quem gemo, que-
ror,
Quem nunquam satis doleo,
Nec sat in luctus feror.

4.
Hoc, unda Nilotica
Quem nunquam satis mun-
det,
Mæna nec Probatica
Salubriter inundet,
Qui, qui planetus expedit,
Et imberes oculorum,
Et, qui judges elicit
Austros suspiriorum.

5.
febientis cordis est
Et linguae paroxysmus,
Inconstantis mentis est
Et oris solcæsismus,
Est ingratitudinis
Immanis barbarismus,

*Hic grandis hebetudinis
Nocens idiotismus.*

6.

*Hoc scelus Alpha criminum;
Omega delictorum!
Quod autus est in Dominum
Servus imus servorum!
Quo se (perjurus tertio)
Fœdum contaminavit,
Et in Aulæ commercio
Se morti mancipavit,*

7.

*Quis hojus turpitudinem
Oceanus lavabit?
Infaustam ægritudinem
Quis Medicus sanabit?
Non si concurrant maria,
Hanc eluent sentinam,
Non ars feret herbaria,
Nec Chiron medicinam.*

8.

*Si culpæ nomen queritur,
Est improbum; quod ter-
ret
Aures; quo mens percellitur;
Cælum stupet; & hæret
Terra; quod pudet prodere,
Et palam confiteri,
Quod humo mallem condere,
Aut prorsus aboleri.*

9.

*Patrare si non puduit.
Non pudeat vulgare!*

N 4 qui

Qui culpam non abhorruit,
Cur horreat narrare?
Lingvæ fuit piaculum,
Et turpe buccæ crimen,
Quod rupit oris vinculum,
Transgressum labri limen.

10.

Dicam: nullo silentio
Fas est culpam velasse:
Quantoque sit exitio
Caiphæ domum intrasse!
Dicam: eadem proloquar
Lingvâ, qua TER peccavî,
Scelus dolore persequar,
Quo Dominum negavi.

11.

Quæ mentis sideratio,
Quis entheavit error?
Ut nulla noxæ ratio
Teneret me, nec terror?
Ubi mei fidelitas,
Amor, honor, Magistri?
Ubi jurata charitas
Discipuli? Ministri?

12.

Ubi ferox constantia
In mortem ardens ire?
Ubi dextræ fiducia
Hostes audax ferire?
Ubi servi frequentia
Abesse nunquam visa?

A Domini præsentia
Nec mota, nec divisa

13.

Ille qui Dux lateri
Semper comes hærebat,
Et me, cum illo, carcer
Claudendum offerebat,

Iturum in pericula,
Passurum mille mortes,
Per enses, hætas, spiculas,
Et hostium cohortes!

14.

Armatis qui manipulis
Lictorum inferebat,
Et solus ex Discipulis
Nil milites verebat,
Et unus armis omnium
Non solitus terreni,
Sed meum promptus Domini
num
Acinace tueri?

15.

Seu Dux iret per flumina,
Per flumina ferebat:
Seu per Thaboris culmina,
Per culmina sequebat:
Seu navigaret maria,
Per mare navigabat,
Regna, Terras, Imperia
Cum HOC perambulabat.

16.

Latere jussit vallibus,
In vallibus latebat,
Sed de-

edere jussit montibus,
In montibus sedebam,
Calcare jussit æqua, ri
Et aqua calcabam,
Tunc jussit littora,
Et littora tenebam.

17.

Laxe jussit retia,
Et retia laxavi;
Ne plicium negotia
Tractare, hæc tractavi;
Erasanare corpora,
Et corpora sanavi;
Resuscitare funera,
Et hæc resuscitavi.

18.

Sed tot firmatus gratiis
Quo animus migravit?
Tecum dives beneficis
Quod cæcus deviavit?
Sapi, O dementia!
Atria veritatis!
Igi: O inconstantia!
Legem fidelitatis!

19.

Sedebat in Vesperum,
Nox induit atrox,
Accens astris Hesperum
In siderum ductorem,
Vesta mox est Delia.
Sed densa nube clausa,

Ne cerneret crudelia
Audenda tot, & ausa.

20.

Duce JESU concessimus
In hortum Oliveti,
Somno graves indulsumus
Super humum quieti.
Hic positis poplitibus
Tristis Patrem orabat,
Singultiens gemitibus,
Sudansque lacrimabat.

21.

Tunc agonizans Sangvinem
Ubertim destillabat,
Et mortis ad formidinem
Natura vacillabat,
In terram languens corruit,
Et viribus defecit,
Sed quod Naturæ defuit,
Divinitas suffecit.

22.

Interea Satellitum
Cohortes properare,
Et armatorum militum
Horti portis adstare,
Irruere tumultibus
Unum IESUM querentes,
Et improbis clamoribus
JESUM, IESUM, pertentes.

N 5

23. Hic

23.

Hic JESUS : quem hic querit?

Reponunt illi: JESUM!
Sime! nullum læseritis
Ex his, ait, sed JESUM
Quem vultis, EGO SUM ille;
Ad hanc vocem prostrati,
Retrosum ruerunt mille.
Ceu cælo fulminati.

24.

Nil territi sunt omne,
Sed magis efferati;
Confuso ruunt agmine
In necem comparati,
Captivum strictim vincunt,
Ceu furem, aut latronem.
Collo tunes injiciunt,
Et ducunt ut prædonem.

25.

Ultorū hīc injurias
In Dominum patratas,
Actus tandem in furias
In copias armatas
Educens ensem irruī,
Et servo insolenti
Aurem dextram absecui,
Malcho facem ferenti.

26.

Ignotum Iudas prodidit
Et vendidit argento:

Amoris signo tradidit
Nequitia figmento:
Tunc læta plebs, tam nō
Captivo, prædam dux,
Qua torrens Cedron feri
Per arva rivo fluxit,

27.

Ne sorte pari caperer
Ad judicem trahendū,
Et paribus involverer
Malis reus plectendū,
Fugā salutem quæsiū
Per avia viarum,
Et tuta plenus petui
Timoris, & curarum,

28.

Sed amor, licet pavidus
Me tenuit Magistri,
Quid, El, scire cupidus
Accideret sinistri.
Hinc lentis procul passus
Servam sequor cohortem
Intentus capti casibus
Dispositis ad mortem.

29.

Sequor lictores prævios,
Urbem pavens ingentius
Per angiportus bivios,
Ubi turbæ congregantur
Meabat infrequentior,
Nec plebs tumultusbat,

ie vigil oculatior
Intrantes observabat.

30.

Eden in ipso limine
Lapsus cespitavi,
Omen erat de crimine,
Quod hebes non notavi:
Nulla frusta tibiam
Otinam fregissem!
Tunc lapsus in perfidiam
Hanc, reus non fuisse.

31.

Ex Portæ offendiculo
Ceu fulmine prostratus,
Vixque forem oculo
Felicius orbatus,
Vetatum nefas fletibus
Sanguineis piandum
Conseruentur, fluctibus
Aut maris inundandum.

32.

Gressus aulae faciem
Porticibus vallatam,
Amatam specto aciem
Haftilibus paratam
Præfidum imperia;
Pars vellicabat focos,
Vagabat seria,
Pars risus, sannas, jocos.

33.

Nemini timidiior,
Ne quis me nōset forte,

Spectabam; mox audacior
Cùm tota de cohorte
Respicere me neminem
Attentius notarem,
Accessi multitudinem,
Et huic me junxi parem.

34.

In vasta fusus area
Satelles excubabat,
Horrendum flante Borea
Circum ad prunas stabat,
His mixtus Petrus adstitti,
O nunquam adstittisem!
Hoc igne fidem perdidii,
Quam nunquam perdidissem.

35.

Aer gelabat frigore,
Sed mihi cor amore
Ignis arcebat corpore
Suo frigus calore;
Sed ignis, qui, quod latuit
In me gelu arceret,
Non penetrare potuit
Ut algens cor caleret.

36.

Tunc Petrus inter Aulicos,
Bubo inter volucres,
Casus præstolans tragicos
Et exitus lugubres,
Qui, ducto ad Prætorium,
JESUM meum manerent,
Non

Non memor quod perjurium' Nec culpa pénitentia
Malaque tot laterent. Amentem verberabat,

Nec crimen, quod admittit
rem,

Præ metu sentiebam,
Sed dextre, quod illudera
Quærentibus, gaudebam

37.

Hic miles ex me varia
Cum sciscitari gaudet,
Accedit ostiaria,
Et exprobrare audeat;
Me Hominis discipulum,
Quem dicunt esse Christum,
Cui, juro, dixi cœrulum
Virum non novi istum.

38.

Quid? Nonne Gallileus es?
Confestim arguebant:
Tu imitator ejus es;
Ancillæ afferebant,
Cœlari nequit Patria,
Vox prodit te loquentem,
Nonne, per horti atria
Te vidimus sequentem?

39.

Traquare doctus retia,
Et maria metiri,
Inter Aulæ confortia
Mox didici mentiri,
Iussus, quod eram dicere
Dolosè simulavi,
Volens causam evincere,
Fœdifragè negavi.

40.

At noxæ conscientia
Me nulla tunc notabat,

41.

Cum foco starem propior,
Ancilla custos porræ
Accedit confidentior
De militum cohorte,
Hoc, inquit, cur ignoscim?
(Ore diserta pleno)
Hic erat (virum noscimus)
Cum IESU Nazareno!

42.

Conitus hac injuria
Probróque ancillati,
Cœpi per tot perjuria
Horrendū detestari!
Virum, quem illi dicentes,
Me nunquam consperire,
Nec me, ut hi obicerent,
Discipulum fuisse.

43.

Hæc me, dixi, absorbeat,
Et me dehincat humus,
Cœlumque fulmen torquat,
Hic me suffocet fumus,
Hic concidam, & abeam
Non vivus ex hac domo.

Veritatem si habeam

Quis, qualis sit, **Hic Homo!** Peccavi, clamo, perditus,
Sacrilegè peccavi!

44.

O Domus! O Palatium!

Intrausta Petro porta!

Omnium nox noctium

Fataliter oborta!

O Sacerdotis atria!

O Ignis ad quem frigi!

O Caustos ostiaria

Cui, Hunc non novi, dixi!

45.

Alijam gallicinum

Sub nocte duplicavit,

Nec tamen vaticinum

Hoc, bardum excitavit!

Quin in d, cùm me noscere

Iam plures affirmarent,

Orcos mille fatiscre

Iussi, qui me vorarent.

46.

Ex dixi: cùm ter accinit

Meum mī gallus lessum!

IESUS quidem respicit

Fidem datam transgrel-

sum,

Sua in me lumina

Doloris & amoris

Mirat, sed duo fulmina

Sunt cordis, & terroris.

47.

Peccavi, clamo, perditus,
Sacrilegè peccavi!

Heu me! à gallo monitus
Ter Dominum negavi!

Infelix Petre! perfido
In IESUM sacramento,

Sic reum te, ter edito
Fecisti juramento?

48.

Sic Caiphæ ostiaria
Me Christi desertorem,

Induxit ad nefaria
Cælorum Janitorem!

O si clausissim ostium
Incautæ doplex lingvæ,

Non factus essem hostium
Et causæ pars iniquæ!

49.

Prædator olim piscium
Ancillæ præda factus:

Ab hac in grande vitium
Infamiter pertractus:

O si à mutis piscibus
Silere didicissem,

Nunquam tam diris casibus
In scelus incidissem!

50.

O fuga confodalium,
Timorque fortunatus!

O sanius consilium,
Beatiorque status!

Qui

Qui vos ab hoc piaculo
Servavit innocentes !
O si minore scandalo
Secutus fugientes !

51.
*Vox una me ! Vox perdidit,
Sed peior vox , trecentis !
Malignum non , quod edidit
Ter dictis juramentis ,
Infelix vox , quæ hominem
Se non novisse dixit ,
Quæ tot malorum grandini-
men
In pectus hoc infixit !*

52.
*Dei viventis Filium
Quem nuper nuncupavi ,
Tenentis Patris solium
Professus adoravi !
Nunc sobolem vix hominis
Præsumpsi compellare ,
Et JESUS , quid sit nominis ,
Me , dixi , ignorare .*

53.
*Ad isthæc sacrilegia
Me mulier induxit ,
Hæc animæ naufragia
Ancillæ frans , instruxit ,
Hæc fidei divertium ,
Hæc foederis fracturam ,
Hujus fecit consortium
Hanc gratie jacturam .*

54.
*Cum voce ales Martius
Auroram nunciaret ,
Mentemque brutam tentat
Jam clamor excitaret ;
Heu me ! quantum expaluit
Audirem cum me peti ,
Hoc sono : frixi , calui ,
Attonitusque steti .*

55.
*Vox hæsit stricta faucibus
Corpus reliquit vigorem
Immotis steti calcibus ,
Cor occupavit rigor ,
Sanguis venis obrigit ,
Mentem tenebat stupor ,
De more , nulla micuit
Vena , quam strinxit ,*

56.
*Ast cum tempestas spiritalis
Se nihil non sedaret ,
Tristis successit gemitus ,
Qui sincopen levaret
Et horror in suspicio
Et lacrimas solutus ,
Clamaret , O deliria !
Heu quo sum devolutus !*

57.
*Haud secus , ac cum Boreo
Gelante rigent flores ,*

Auster mox in area
Nivem solvit in rores,
Igor pruinæ defluit
In guttas distillatus,
Sed dolor meus depluit
In lacrimas liquatus.

Et inter planctus dicere,
Heu me ! negavi Deum !

61.

Insomnis conscientia
Cor lancinat afflictum,
Et crebra poenitentia
Improperat delictum,
Tot pectus fervet fluctibus,
Reamque mceret sortem,
Ut crebris ictum luctibus
Optet subire mortem !

58.

Erego, quò me nescio
Converterem trementem?
Agebat pejeratio,
Quæ conturbabat mentem,
Disturbebat ultio,
Quam trepidus verebar,
Agebat conturbatio
Poenam, quam promere-
bar.

59.

Confogerem ad sidera?
Hoc reus violavi!
Apia JESU viscera?
Hec effrons denegavi!
A patris indulgentiam?
Hanc audax temeravi!
A patris ad clementiam?
Hanc nocens impiavi.

60.

Quid nisi Lamentatio
Supererat dolenti?
Mentis perturbatio
Norme crimen flenti?
Qd? nisi me agnoscere,
Ex excusare reum,

Ter cecidi: non sufficit
Ter crimen revocasse,
Ter millies nil proficit
Dixisse, me errasse !
Fatenda culpa toties
Et lacrimis pianda,
Obtulerit vox quoties
Se menti tam nefanda.

62.

Momentis autem omnibus
Recurret, quid fecisti?
Tuis negationibus
Tam effrons cur fuisti?
Quæ potuit confusio
Sic perturbare mentem,
Aut quæ timoris passio
Sic reddere amentem?

63.

Ali (serò licet) memini,
Cùm JESUS quæreretur

In

In horto, notus nemini
Palamque clamaretur,
Ubi, vel quis hic JESUS est?
Reposuere petrae
Quarentibus, hic JESUS est:
Et hunc tu nescis Petre?

65.

Ignaræ petrae nominum
Horti per omnes oras,
IESUM sunt fastæ Dominum,
Et Petre hunc ignoras?
O Petre! petris durior,
Et surdior cavernis,
Indigne terræ dignior
Mille Simon Infernis.

66.

O multò rupes æquior
Et magis fida, Petro,
In fide, quæ constantior
Nunquam reversa retro!
Nomen quod semel audiit,
Petitum non negavit,
Sed quod audivit, tenuit,
Bis, terque replicavit.

67.

Noverunt hunc pomaria,
Et frondes Oliveti,
Et Echo IESUM varia
Per arbuta vireti,
Vix IESUS luce sonuit,
Quem furens plebs clama-
bat,

Confestim hunc reposuit
Vox IESUM, quem
bat.

68.

Hunc cuncta rerum Dom-
num
Noverunt Elementa,
Immensum, & intermin-
Cælorum firmamenta,
Nato plaudebant velites
Exercitus Polorum,
Et Angelorum cælestes
Canentium chororum.

69.

Hunc Stella duce, Rega-
Tres Magi cognoverunt
Ad cutas cum Pueruli
Se supplices stiterunt,
Thus offerentes Nominis
Auri, myrræque dona
Regi Reges, & homini
Sabæi Regni bona.

70.

Hunc saxa, petrae, mammæ
In frusta dissipata, (i)
Et defunctorum corpora
In vitam animata,
Hunc Terra, cum contrempta
Agnovit morientem,
Et mortuum obstupuit,
Et rursum resurgentem.

(e) S: Gregor: Pap. homil: 10. in Evang. (b) Ibid.

71.
In illius funere
Sol tenebris obductus,
In confuso æthere
Communis cæli luctus,
Int Galileæ Hydriæ
Ex Deum cognovere,
Fusile procellæ Adriæ
Calcandæ Substravere.

Aut cer. è salvo fœdere
Cum saxis tacuisse,
Contaminata scelere
Tam gravi non fuisses!

72.
Ius Orcus potentiam (e)
Coactus adorare,
Huius obedientiam
Compulsus est præstare,
Quæ vincetus subdere
Se Princeps Tenebrarum,
Liberatam reddere
Phalangem Animarum.

73.
Ah memipi, cùm pescum
Ab opere vocaret
Me suum in consortium,
Et altius clamaret,
Me sequere: in littore
Amanter præstolantem,
Relicto statim æquore
Sequutus sum vocantem.

74.
Ah! dulcis vocis memini!
Et memini sermonis!
Indigno quem tunc homini
Fecit, tot gravem bonis!
Donisque, quæ lequacibus
Quondam esset daturus,
Et rebus pro fallacibus
In cælo præstiturus.

O

78. Hic

Ibid. (d) Ibid.

78.

Hic Piscatorem Hominum
Me post hac jussit esse,
Nec marium, nec fluminum
Piscatui præesse:

Sic vale feci retibus,
Cymbis, scaphis, phaselis,
Hamis, nassis, & piscibus,
Antennis, remis, velis.

79.

Ah ! quantus Petrus fueram
De vili piscatore!
Quantus (qui nil merueram)
Ex servo Peccatore?
Quantus ? JESU Discipulus
Ut essem, & haberer,
Terra, cinis, vermiculus,
Ut filius foverer.

80.

Tunc præ me rebar homi-
nem
Nullum beatorem,
Parémque mihi neminem,
Tantus, talis, cùm forem?
Qui secretorum conscius,
Et pars consiliorum,
Testis fui & socius
Mirorum portentorum.

81.

Hujus virtute nominis
Miracula patravi,
Robur, irasque dæmonis,
Et potestatem travili

Et quæ non ejus robore
Conviva mēnsæ fui,
Fecitque tuo corpore,
Et sanguine me frui.

82.

In monte Thabor Numini
Et Majestatis testis!
Cùm frons fulgeret lumen
Instar, nivisque vestis:
Et hunc negasti perfide,
Et dixti non noville,
Quin pejerasti perdite
Illi non convixisse!

83.

Quanto verborum pondere
Quo vocis apparatu?
Quo servitutis frēdere
Fidóque famulatu?
Tecum paratus vivere,
Mori tecum paratus,
Tecum in omne ruere
Periculum testatus?

84.

Priùs Cedron recurre
Ad suum, dixi, fontem,
Jordanem sursum scandere
Sublimem Horeb montem
Priùs carere piscibus,
Et dulcorari, mare,
Destituique fluctibus,
Quām JESU te, negat, si prius

85.

85.

fides te deseruerint,
Non ego: tecum stabo!
non te denegaverint,
Rin go te iugabo:

Quar quicunque iheris,
Poenas, cruses, mortem,
Concumque volens tuleris,
Hanc tecum feram sortem.

86.

Judicium subsellia
Teletus comitabor:
Uiricia Tribunalia
comes associabor:
cum concludar carcer,
Tecum stringar catenis,
Casus mihi parcere
Tuis non pari poenis.

87.

Intebam me in fluctibus
Qua petram firmam stare,
Quaque tempestatibus
Quo me fetire mare!
Petrum levis foemina
Defecit, ut natarem,
Inter discrinina
Arundo fluctuarem!

88.

Intebam eculo fidera
Terram cultura,
Uram Terram ruderam,
Negre, superius abitura

In merum NIHIL omnia;
Et chaos Elementa,
Quam non fore perennia
Sancita juramenta.

89.

Sed nempe me præsumptio
Superba sic dejectit,
Et insolens elatio
Ruinam mentis fecit;

Si vilitatis ratio
Me meæ tenuisset,
Nunquam jurata sponsio
A JESU defecisset.

90.

Ali! nunc post tot mendacia
Cedron valebit rursum
Sui fontis initia
Relegere, & sursum
Ad Horeb clivum scandere
Jordani, siccum mare
Non fluctus illos pellere,
Et inops pilce, state.

91.

Sed oris hæc professio,
Sanctumque juramentum,
Et sanctio, & sponsio,
Et linguae sacramentum,
Umbræ, fumoque simile
In auras evolavit,
Et, quam cor sit instabile,
Perjurium probavit.

O 2

92. Res

92.

Res omnes, spes, solatia,
Magistro me vocante,
Uxorem, prolem, retia,
Reliqui Petrusante,
Nunc ipsum verum Domi-

num,

Mundique Creatorem,
Deum, Altorem hominum,
Patrem, Ducem, Pasto-

rem.

93.

Hæc nempe texit Cynthio,
Et Cynthiæ splendorem,
Induxit hæc negatio
Sideribus atrorem,
Hæc fecit terram tremere,
Montes, petrasque frangi,
Hæc è sepulcris fremere,
Et mæstum manes angie.

94.

In me debebat cælitum
Ultor sœvire zelus,
Fulminibusque perditum
Centum ferire fcelus,
In me natura furere,
Nec stare sic afficta,
Sub metellus corruere,
Et plectere vindicta.

95.

Quid enim non promerui
Sacrilegus negator?

96.

Mens ipsa testis est sui
Judex, & accusator;
Objurgat conscientia,
Quam si sopiaire tentem
Immergit in ingentia
Tormenta renitentem

97.

Peccavi! Reo sidera
Ignoscite fatenti!
Dolor impressit vulnera
Amarum pœnitenti!
Iras in me suspendite,
Ignes que cohibete,
Luctus meos attendite,
Et lacrimas videte.

98.

Dies, noctes doloribus
Non interrupimus agmina
Cordis mei tortoribus
Cœu telis punctum tangunt
Seu solis ardent lunina,
Seu luna det pallorem,
Fluunt per genas flumina
Sparguntq; cordis rora

Indendo pectus duriter,
Nunquam malas siccabo.

99.
Aranearum retia
Parietum aulæa,
Nox in cavernis montium
Caligo, & tenebræ,
Erunt culparum fontium,
Et criminum latebræ.

100.
In his latebo tutior
Petrinus inquilinus,
Ab arbitris fecurior
Saxicola teritus,
Ab hominum consortio,
Et Urbibus ignotum,
Et procul omni vitio
Juvat esse remotum.

101.
Hæc mea rupes crima
Obscuritate teget,
Super cavernæ limina
Pes nullum passum leget,
Aula peccare docuit,
Eremus dedocebit,
Aulæ libertas nocuit,
Hanc solitudo flebit.

102.
In bestias est tutius,
Quam Aulas, incidisse,
Inter feras pacatius,
Quam Aulicos, vixisse,
Malo draconum potius
Et esse struthionum,
Quam Aulicorum socius
Tot animæ latronum.
O 3

106. Pe-

106.

Petrus, qui petram indui,
Et durum Adamantem,
Cor saxeum exhibui
In IESUM me amantem,
Sub saxis, petris, montibus
Peregrinè crimen luam,
Et luminum ex fontibus
Doloris rivos pluam.

107.

Mei reatus conscientia
Nox diemaversatur,
Cui nota sunt mendacia.
Quæsis rea mens dampnatur;
O Nox! amica criminum,
Et artifex culpârum,
O Interemptrix hominum!
Et latro animalium!

108.

O architecta tragidum,
Inventrix iugiorum,
O machinatrix cædium,
Molitrix vitiorum,
Quot in abyssum Barathri
Incautos deturhasti?
Quot in æternas Tartari
Flammas præcipitasti?

109.

De nocte, noctis opera
Castigans castigabo,
Et rupe sub hac aspera
Et Umbris habitabo,

Antri tetra caligine
Hoc caput obtegetur,
Ut nullo solis lumine
Infidum illustretur,

110.

Relictis condiscipulis,
Consortio que fratrum
Ibo, durisque scopulis
Mei sigam theatrum,
In hoc Aetor me argam
Et dicam, quid fecisti?
Nondum egressus januam
Ter IESUM negavisti

111.

Solus me comitabitur
Præses vigilarum,
Hic Gallus, quo cantabit
Nocturnas lacrimarum,
Primus: Secundus: Tertius:
Vatidicus horarum,
Et monitor, & nuncius
Mearum noxiarum:

112.

Exeso sub hoc scopulo
Mihi lessum cantabit,
Et clausum faxi loculo
Ut mortuum plorabit,
Ferali modulamine
Nycticorax me planget,
Tristique Bubo carnice
Funestos threnos pangeat

gressus foras Petrus flevit amare. *Luc:*
22. v. 62.

Dominus discipulis suis dicente, Omnes scandalum patiemini nocte ista in me: (a) Petrus alium insulm accipiens, cum seipsum commendare vellet, ac quis discipulis Domini studiosior & amantior videri, vel potius, ut dicam quod res est, negationem tuam divulgare, sic Dominum allocutus est. Quid ais Domine? Omnes scandalum propter te patemur? Et cum omnibus me quoque annumerasti? Tu mea constantiae confidis? Eriamne ego te negabo? Qui in mari inambulavi? Qui in monte figurazione dignus sum habitus? Qui dæmonum gregem fugavi? Qui morbum omnem sanavi? Nonne ego te omnium primus agnovi, & exclamavi; Tu es Christus Filius DEI vivi? Quamobrem & meo testimonio comprobando beatum me prædicasti, ac Petram Ecclesiæ concupisti, dicens: Tu es Petrus, & super hanc petrum ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non revalebunt adversum eam? Egone igitur te negabo Princeps Apostolorum, columna Ecclesiæ? Quamobrem & mihi ipsi præfidens vociferor; Etsi omnes scandalizati fuerint, ego non scandalizabor. Tum ad illum Christus. Quid dicas & contradicis Petre? Verbis Deo distis? mendacemne me deprehendisti? Non obserbis, ut confirmaris; sed promittis fore, ut non concu-

O 4

tiaris?

(a) Joan; Chrysostomus de negat: Petri, Tom. 5. mihi fol. 1591.
& 1592, 1593, 1594.

tiaris? Nónne hic ipse rervor tuus, multò te denerem
 rem effecit? Tuam istam temeritatem in mari etiam
 cedens ostendisses, nisi ego manum citius extendille. Mag
 Nónne in monte quoque transfigurationis in me p. policio
 cāsti, cùm tria velles tabernacula fabricari, & in eundem
 ordine cum amicis me Dominum collocares? Nónne
 ut Hierosolymam non ascenderem orabas, quod Judæ
 rum minas non ferres? Et quidem publicare te vos portuer
 bam Petre, & tu præscium Divinitatis meæ oculum ad quā
 jecisti. Ecce quæ perpetratus es, tibi dico, ut quid Petru
 ex rebus tuis cognoscas. Amen, amen dico tibi, ante hūlum
 quam gallus cantet, ter me negabis. Petrus autem
 sus mente deceptus, & humanæ conditionis mutabilim
 tem ignorans, Domino in hæc verba respondet. Quia si
 me terres? Scio mortem contemnere, neque te negaber
 Dominus autem ad Petrum: Rectè tu quidem apud
 decrevisti; verū haud multò post cognosces: tem
 pūs enim est in januis, ut manifestetur, & tuum propo
 situm, & mea prænotio. Sed quis tandem finis sermo
 nis? Imminet quippe jam vespera. Compreben
 namque Domino, atque in atrium Principis Sacer
 dotum deducto, omnib[us]que dispersis discipulis, solus
 Petrus sequebatur in atrium Principis Sacerdotum, ut
 ea nimicū exequiturus quæ decreta erant. Cùm au
 tem Christus interius vincitus teneretur, Petrus in euc
 tori atrio fidenter sedebat immotus, ut qui jam nepe
 victoriam retulisset. Itaque cùm aliquamdiu confess
 set ille, neque gladium videret exacui, neque propin
 cates, non procriptionem denunciataam, non exilium
 irro.

e deum agitum: sed exigua ancilla pretio empta vilis, accep-
tum. Petrus inquit: Quid hic agis O homo? ubi est vir-
endilicis Magistri tui? Ecce conclusus est intus: ecce crucis
me prospicio mox addicetur; tum Petrus, cum omnem con-
in eodam sentiam ac dicendi libertatem ex memoria ejecisset,
Non respondens ait: Quid mihi obstrepis puella? Non novi
d' Iudeum minem. O rem mirabilem! Qui dicebat, Eriam si
e te voluerit me mori tecum, non te negabo: jam negat.
culum nulquam igitur accidit hæc prima negotio, perturbans
ut quibus Petrus, ab atrio, tanquam ab igne prosliliit extra ve-
bi, an colum currens. Quid deinde rursus? Altera ancilla
item nunc currit illi: O res mirabiles! nusquam miles, nusquam
utabilis, sed vilis puella Petro occurrit. Illum aggred-
. Quia aut, sic dicens. Quid tumultuaris, O homo? quo
negligenteras? quid astuas? Nonne te semper cum Galil-
apud n- coincidentem videbam? Quomodo igitur egressus ve-
s: tem- bulo curris? Petrus autem, non jam simpliciter re-
n propo- pondie, sed cum juramento inquit, non novi hunc ho-
is sermo- nem. Vidiisti Dei prædictionem & hominis lapsum?
prehendo unde scandala negatione completa, tertia demum
Sacerdos- ratione obsidetur. Post pusillum, cum accessissent,
s, solus adstabant, Petro dicebant: Verè & tu ex illis es:
tum, ut & loqua tua manifestum te facit. Petrus autem
erit anathematizare, & jurare, quia non novi homi-
ni. Ubi providum Petri promissum? Qui antea di-
Tu es Christus Filius DEI vivi, hic dicis: Non
i hominem istum? Fortasse Petrus imprudens, dum
voce protulit, evigilavit, nec absurdè locutus
non dixit, Non novi Deum Verbum, sed dixit,

O 5

Non

Non novi hominem istum. Offendit in eo, quod
nebatur, non in eo, quod intelligebatur. Quapropter
& prævidens Dominus dicebat: Quicumque dicit
blasphemiam in Filium hominis, remitteretur ei.
Petrus? Non novi hominem istum, & continuo
cantavit: ille invictus Petri accusator, prævious
etate Dominicæ, ac patronus, negationis proclamato
prænotionis index, ac penitentia lacrimarum ad-
misor. &c.

Petrus, post tam gravem lapsum, ad tantam
diit eminentiam sanctitatis, (b) Quis de cætero despex-
si tantum egredi voluerit a peccatis? Attende que
scriptum est. Egressus foras, flevit amare. In ege-
sus confessionem oris, in amaro fletu, compunctio
nem cordis intellige. Et attende, quod tunc primus
recordatus est verbi, quod dixerat I E S U S: tunc pri-
mum cordi fuit verbum, quo prædicta fuerat ejus in-
firmitas, cum evanuit præsumpta temeritas. Væ tristis
qui post lapsum fortiorum te nobis exhibes. Ut que-
tam rigidus es in tuam ipsius perniciem? Inclinare po-
tiūs, ut melius erigaris, & ne prohibeas frangi, quæ
distortum est, ut possit melius solidarii, quid indignans
increpanti Gallo? Tibi potius indignare. Plurimam
voluntariam, ait Psalmista, segregabis Deus hæreditati
tuæ, & infirmata est. Bona infirmitas, quæ segregata
hæreditati, quæ medicum non repellit: Induratum
tanquam vas figuli in virga ferrea conteret: & in-
firmitas infirmata est, ait, tu vero perfecisti eam,

(b) S. Bernardus in Dom: 4. post Pentec: Serm: 4. is Colegit: 5.
Apost: Petri & Pauli. mihi fol. 225.

Audivimus Dominum dixisse, (c) discipulis suis :
 Domine vos scandalum patiemini in hac nocte propter
 Cui Beatus Petrus ait ; Etiam si omnes scandali-
 sifuerint, ego nunquam scandalizabor. Sed Domi-
 nus inspecto cordis respondit, & dixit : amen dico tibi,
 nequam gallus canter, ter me negabis. Ille autem
 dicit ; Etiam si me mori oportuerit pro te, non te ne-
 gro. Videte, fratres charissimi, verus & cælestis me-
 gius venam cordis inspicerat, & quâ horâ temptationis
 condus, vel infidelitatis frigus venturum esset, prædi-
 cent. Medicus prædicebat, & ægrotus negabat. Sed
 ibid horam ventum est, falsum fuit, quod promi-
 cat homo, & verum apparuit, quod prædixerat Deus.
 Quid enim homo sine Dei gratia possit, timor beati Pe-
 tri apostoli evidenter ostendit. Per solum enim libe-
 rum arbitrium, non addito etiam Dæi adjutorio, promi-
 cit se pro Domino moritum. Sed quid est homo
 de gratia Dei, nisi quod fuit Petrus, cum negaret
 Christum ; & nisi quod ait Propheta : (d) Omnis Ca-
 scenum ? Et ideo beatum Petrum paululum Dominus
 conferuit, ut in illo totum humanum genus posset
 galere, nihil se sine Dei gratia prævalere, & ut Ec-
 clesiæ Rectori futura ignoscendi peccantibus quædam
 regula poneretur. Credendæ enim erant Petro Apo-
 stolo claves Ecclesiæ : imò creditæ sunt ei claves regni
 eorum. Credenda quoque ei erat populorum innu-
 mera multitudo, quæ esset pro suæ naturæ vitiis, passio-
 nis, culpis involuta atque peccatis. Denique sic
 ad

(c) S. Augustinus tom : 10. de tempore. Serm : 184. post Domini-
 um Palmatum serm : 1. (d) Esa : 40.

ad eum Salvator dicit : Tibi , inquit , dedi claves regni cælorum . Deinde sequitur , dicens . Quæcumque gaveris super terram , erunt ligata & in cælo ; videlicet ut in clavibus fidelis ianitor , in sententiis esset clementissimus dispensator . Erat enim revera hic Petrus pro dolo durior & severus , sicut ejus austерitatem truncata Christi injuriam servi principis sacerdotum declarat ridicula . Hic igitur tam durus , tamque severus , sed dum non peccandi a Domino fuisset indeptus , quoniam venia commissis populis donaretur ? Sed idcirco divina Providentia secretum ita temperavit , atque permisit ut primus ipse laberetur ac miseret in peccatum , erga peccantes duriorem sententiam proprii cassus intitu temperaret . Quintum igitur divini munera salutem hominum , quantum curæ , quantumque sollicitudinis impendatur , advertite . Totius corporis morbum in ipso capite curat Ecclesiæ , & in ipso vertice componit membrorum omnium sanitatem , in ipsa Confessionis Christi crepidine , in ipso immobili fundamento , in Petro scilicet illo , qui dixerat : Etiam si me oporteat mori tecum , non te negabo . Hic est Petrus , qui divina revelatione prior omnium veritatem meruit confiteri , dicens : Tu es Christus Filius Dei . Hic tantus & talis venit ad illam noctem , in qua Dominus tradebatur , & cum se calefacere vellet ad primum accessit ad eum puella , & dicit ei : Et tu hesterno de cum homine hoc eras . At ille mox respondit : Nemo hominem istum . Quid agis , O Petre , futura Regis Ecclesiæ : quid loqueris ? Intuere quid sis intertemporatus

ives regi
 quis , vel quid interroganti responderis. Vox
 imque tua repente mutata est : hoc est omne illud , quod
 videlicet dico , sed non cauto sermone promiseras. Hoc est
 clemens tuum , quod etiam omnibus negantibus te usque ad
 mortem perseverare juraveras ? Nondum fidem tuam
 quis tentavit , atque discussit , nondum te ob Christi
 agnationem adversarius traxit ad publicum , nondum es
 apud reges & praesides propter nomen ejus exhibitus :
 non tibi flagella , nondum sunt admota tormenta. Quis
 porrè est , qui te interrogat , quòd tam citò negasti ?
 Non est servus , non liber , non Phariseus , non scriba ,
 non lacerdos , non miles , non centurio , non spicator ,
 nullus postremò eorum , qui authoritate sua posset for-
 midinem incutere confitenti : mulier te simplici voce
 interrogat , & fortasse nec proditura confessum : nec
 vero tantùm mulier , sed puella : & non solùm puella ,
 sed ostiaria , vile procul dubio , abjectum que manci-
 pium. O res stupenda ! Puella accedens fidem Petri di-
 bussit : Sic soliditatem Petri non turbo , non imber , sed
 toris levissima gutta transfixit. Petrus labia puellæ non
 intulit : sed ubi locuta est , ille turbatur. Processit
 armo puellæ , & immobilis columna concussa est. Ve-
 rumtamen instabat illa interrogans , & dicebat : Et tu he-
 licet no die cum homine hoc eras ? Petrus autem eò ma-
 dis oppressus formidine , hominem se scire negavit.
 Quem respiciens Christus , suorum fecit recordari ser-
 monum. At ille intelligens factum , conversus ad pœ-
 nitentiam , amarissimè flevit. Agnovit enim sibi , ut
 homini , peccati irrepsisse perniciem , quod totum ha-

Etenuis

Genus, ut memini, divinitus procreatum est. Vide ^{etiam} ergo Fratres Charlissimi, quemadmodum exiguae ^{er} ma-
pæ permittitur subjacere tantus Apostolus; ut emen-
tus elationis vicio, atque correctus, integrō vestitu
moderationis & clementiae indumento. Jam enim
datus es, & doctus in Petro, quemadmodum etiam Do-
minus tui causa patitur circumscribi delicto, quem
modum illum fratelli pietatisque signiferum, & gen-
humani columnam permiserit metu dominante quan-
ti, ut populorum doctoribus, & Magistris eslet ex-
plum, à Deo sibi non peccandi gratiam in hinc con-
donatam, sicut dicit Apostolus Paulus; Considera-
te, nè & tu teneris. Cum forte quis in Ecclesia de-
bet præventus, non statim abiiciat, condemnnet,
compariat, ac lugeat, consoletur & revocet, commo-
det jacenti affectum, porrigit manum, erigit lapsum
spem ei divinæ Clementiae repromittens, sub qu-
etiam servire exemplo tantorum comprobat Mag-
istrorum. &c.

Tenetur Dominus, ad sacerdottum principem
perducendus: (e) & cum discipuli laberentur, Petrus
promissor egregius cœpit ambulare longinquius, ^{petr}
venit ad principis domum: & quia Petrum tragus ur-
gebat, calefaciens, solicitus assistebat. Ecce illa
qui nihil infirmitatis se putabat habere, paulatim cœpit
ad verba medici pervenire. Negat tertio Christum
qui se promiserat animam pro eo positurum. Prodix-
it eum anicula decrepita, quasi gravis febricula, ^{pro}

(e) S. Augustinus Append: de diversis. tom: 10. fer: 3. post Dm:
Palm: de Passione. ferm: 46. fuit de tempore 121.

Videt eum lethargicus somnus, & cepit eum præco impi-
tigia & matutinus. Audit gallum cantantem, & vidit se
emendat scipulus Dominum offendisse. Sub ancilla cœpit
vestimenta condere mergi atque demergi. Non erat, qui adjuva-
enim ex, nisi de interioribus prætorii Petrum Dominus re-
etim De-
ciflet. Cùm nox media declinatum subito teneret
quemque
gallum, gallus cantavit, & nocte naufragus respira-
& generat. Contum invenit fidei liberalem, quo usque im-
ite qualiteret navem, ut in medio scopulorum portum quæ-
suet exer-
set lacrimarum. Vedit navim cordis sui sine merci-
bus nudam: flere cœpit amare, quia Dominum suum
confidens
cepit amare. JESUS pelago navigatorem terrebat.
Petrus de gubernatore securitatem sperabat: Domine,
inquit, Petrus, ubi me dimisisti? Lumen tuum video,
commo-
dus, per
at lapsus
sub q-
at Mag-
principem
r, Petrus
us, per
trigus ut
Ecclie,
im depe
Christi;
Prophet
ia, Prof
et
soft Dm:
MA-



MARIA MAGDA LENA POENITENS,

in qua,

Sexus Muliebris, vitæ suæ licentiam
vanitatem, pravos mores & amores, scandala & lasciviam detestans, serio dolore
delicta juventutis deplorat.

GOgitanti mihi de MARIA MAGDALENA pœnitentia, flere magis libet, quod aliquid dicere. Cujus enim vel laxeum pectus illæ hujus peccatricis lacrimæ ad exemplum pertendi non emolliant? Consideravit namque quid fecerit & noluit moderari quid faceret. Super convivantes gressa est, non iussa venit, inter epulas lacrimas obtusebescit. Hanc vero, quam Lucas peccatricem mulierem, annes Mariam nominat; illam esse Mariam credimus quia Marcus septem dæmonia ejecta fuisse testatur. Et quid per septem dæmonia, nisi universa vitia designantur? Quia enim septem diebus omne tempus comprehenditur, recte septenario numero universitas figuratur. Septem ergo dæmonia Maria habuit, quæ universis vitiis plena fuit. Sed ecce quia turpitudine maculas aspergit, lavanda ad fontem misericordia currit, convivantes, non erubuit. Nam quia fons

Dam graviter erubescet intus , nihil esse credidit,
qd verecundaretur foris . Quid ergo miramur , fra-
s Mariam venientem , an Dominum suscipientem ?
suscipientem dicam , an trahentem ? sed melius tra-
hem dicam & suscipientem : quia nimis ipse eam
misericordiam traxit intus , qui per misericordi-
entiam suscepit foris . S. Gregorius Papa Homil ; 33. in
scand angelia .

olore 1. Mattiro questu plangite ,
Uosque furis Magdalens Et noxas lacrimate !
GDAL Ceu plena Baccho Mae A me dolere discite ,
nas ? Et castius amate !
et , quidentes ceu mons Trinacris 2. Sed Dolor , quantuscumque
axeum Fannis succensa venas ? sit ,
contraria 3. Nunquam satis dolebit ,
quid fieri de flammis maria ,
vivantes Netis , ut eras , talis .
nas obculas 4. Licet immensum luxerit ,
as non s. et Amoris filias Nunquam satis lugebit ,
lierem , sum prima Magdalena , Tantum meum piaculum
edimus de deditum Ilias , Omnes excedit poenam ,
statur . Et vanitate plena , Eternum in ergastulam
designat . festus nuper fugavit , Quod meruit Gehennam !
is compre- mentis agrimoniam
itas figura Mortiferam sanavit .
3. 5.

Ædem paternam Magdalenum
Sedem Nativitatis ,
Turpe feci prostibulum ,
Et haram foeditatis .
Ex hoc vocata Magdalens ,
Ex hoc quoque Peccatrix ,
Ex hoc dicar mirabilis ,
Et poenitens Amatrix .

R

6. Ego

6.

Ego sum illa Magdalisa,
Quam novit Palæstina!
Ego tot offendiculis
Famosa Heroina!
Ego, quæ vultus gratia
Et oris blandimentis,
Tot viris struxi retia,
Amoris argumentis!

7.

Ego Mundi mancipium
Ah nimium perjuri!
Cui præstiti obsequium
Ceu nonquam perituri!
Nunc ferò fraudulentiam,
Et nequam cerno dolos,
Nancelleas delicias,
Plenösque morte bolos!

8.

His spibus cor inanibus
Et animum Saginat,
Et aureis erateribus
Veneni mel propinat,
In fine virus senties
Sævire per medullas,
Et exoptabis centies
Orcas bibisse nullas.

9.

Expertæ loquor: credite
Vera nimis querenti!
Mundi pompæ ne fidite
Tot dolis fraudulenti!

10.

Montes promittit aures,
Nec æreos largitor,
Dum numos donat plumbum
Argenteos mentitur.

10.

Nolla canna tam mobili,
Nec flexilis arundo,
Nec salix tam nutabilis
Est in palustri fundo,
Ut falla Mundi gaudia,
Fluxæque voluptates
Quas sublequuntur tanta
Mille calamitates.

11.

Orbis Idolum vanitas
Dat iussa, leges, iuri,
Mortalium huic cæsus
Paret, flectitque crura
Huic thura dantur pelli,
Huic hostiæ litantur,
Huic criminum artifici
Honores apparantur.

12.

Huic personato Protho,
Et monstro multiformi
Vertumno huic antitho
Feræ chameleonti,
In omnes formas modi
Mutabilique vulnus
Lenæque detestastili
Divinus datur cultus.

13.

acilla beneficiis,
Me suis dementavit!
acphiltriis meretriciis
Tot viros expugnavit,
az Virginum prostituit
Podorem, florem, mentem,
& frontem perfricuit,
Nec pudet impudentem.

14.

quisque vana Magdalisa
Sequere vanitatem?
velatam vinculis
Formosam libertatem?
quisque credis gloriae
Fortunæ blandientis?
quisque fidis gratiae
Honoris mentientis?

15.

mollis nectari
Voluptæ propinantis?
Mundi foederi
Tetircumvenientis?
statutor delitiis
Dalei conditis melle?
fraudulentis bagis
Daconum plenis felle?

16.

iquid vides, est vanitas,
vanitas, quod tangis?
Mundi felicitas,
nondem cauta plangis?

P 2

Est splendida calamitas,
Quod creditur beatum,
Est labilis beatitas,
Quam intercidit Fatum.

17.

Futuris quid auspiciis,
Vanisque fidis spebus?
Nondum visis delitiis,
Nec nascituris rebus?
Quid aureos Cupidines
Insana mente fingis?
Quid Cypridis imagines
In Fluxa nive pingis?

18.

Averso fugit gratia
(Ceu cerva pulsa) vultus
Nam cuncta sunt fugacia,
Et obsita tumultu,
Calva venustas, anciput
Nullo tenenda pilo,
Et depilis est occiput
Nullo liganda filo.

19.

Centum licet rudentibus
Ligaveris, abibit:
Firmaris adamantibus,
Eversa interibit.
Quæ nuper se Briseidem
Vitro visit formosam,
Mox nigram dentes Thaidem
Anum cernet rugosam.

20. Mun.

20.

Mundi hæc est illusio
Opum, formæ, honorum:
Hæc omnium confusio
Amorum, odiorum,
Sic Orbis inconstantia
Res omnes variantur,
Et hujus insolentia
Rotantur, dissipantur.

21.

Tam leví, tam instabilis
Mendaci, Fraudulento,
Tam labili, tam mobili
Omni vitæ momento,
Huic te potes concredere?
In hoc te stabilire?
Huic tam securè fidere?
Servire? Obedire?

22.

Innixus huic, deciperis,
Subducet ille fulcrum,
Cùm minimè credideris
Cades, hoc feres lucrum
Tuæ stultum, fiduciæ,
Et creduli amoris,
Et illius fallaciæ,
Et subdoli favoris.

23.

Tuis illudens oculis
Grandes fingit honores,
Mendacibusque speculis
Opum pingit colores,

Multiplicat solata
Per vitra polygona,
Et extiuit palatia
Crystalla per trigona

24.

Ubi vitrum removerit,
Pompa pert colorum
Tibi quod illuserit,
Vana nubes vaporum,
que vento pulsæ diffut,
Ostendit NIL FUSSI
Ettibi, qui sic placuit
Color, te fecellisse,

25.

Atris tempestas nubibus
Tonat in Oriente,
Crebris rictat fulgoribus
Vis in Occidente,
Momento fulgur spargit
Momento & disperat
Sic Fastus, qui vix certatur
Perit, moraque caret

26.

Ah quantam in Amoribus
Vidi morositatem?
Et quantam in honoribus?
Senfi fugacitatem
Ah quantam non in opibus
Mentis anxietatem?
Quantam in rebus omnibus
Caducis fatigatum?

27. Quid
la Gre

27.

Dulcem licet amentiam
Et melleum furorem
Ament, tamen amentiam
Quis neget, & furorem?

28.

Honor est uter flatibus,
Plenaque ventis bolla,
Est aquis pepo putribus
Et nux absque medulla,
Est putens, rectum nivibus
Recentibus simetum,
Est intus plenum vermbus
Formosum sepulcretum.

29.

Opum congesta copia,
Et vis divitiarum
Est locuples inopia,
Et saccharum amarum,
Est sideratum folis
Futilibus vepretum,
Est lappis, spinis, lolis
Refertum senticetum.

30.

Conchæ, gemmæ, corallia?
Sunt durum maris sputum?
Auro texta monilia
Sunt flavum terræ lutum,
Omnes thesauri montium,
Et opes fodinarum
Inanes spes Potentium.
Nugaeque sunt vulgarum.

P 3

33. Quan-

34.
Quantum superba tumui
 Elata dignitate?
Quantum mei complacui
 In vultus venustate?
Credebam inter sidera
 Me Deliam lucere,
 Et præ me nihil cætera
 Astra lucis habere.

35.
In me Solem amoribus
 Insolitis ardere,
 Et æmulis obtutibus
 In me fixum hærere,
 Mirari pulcritudinem,
 Stupere comitatem,
 Probare claritudinem,
 Cultus nobilitatem.

36.
Quin præ sorore Cynthia
 Me cynthiam ambere,
 Orisque mei labia
 Amasium sitire,
 Solam suis in oculis
 Me ferre, me ferire,
 Et radiorum jaculis
 Amatam deperire.

37.
Unam esse Terrestrium
 Et Principem Dearum,
 Aut de censu mortalium
 ME QUARTAM GRATIARUM,

Cui statua ex ebore,
 Aut ære locaretur,
 Aut Pario de marmore
 Ara consecraretur,

38.
Sic major supercilio
 Meo, mihi placebam:
 Et cæteras consilio
 Meo, præ me spernebas
 Solam dignam, quæ Paris
 Pomum oblatum feret,
 Solam dignam, quam Paulus
 dis
 Nativitas deceret,

39.
Credebam inter arbora
 Me Cedrum eminere,
 Et, me absente, pauperi
 Silvas omnes horrere,
 Me solam hortis gratiam,
 Et gloriam præstare,
 Me solam, excellentiam
 Nemoribus donare,

40.
Inter florum certamina
 Me triumphare Rolandum,
 Et inter formæ Numina
 Me Unicam formosanum,
 Me solam cunctis floribus
 Fragrantiam afflare,
 Pæstanis me coloribus
 Formositatem dare,

41.

ter volucrum agmina
Me solam Philomenam,
Vocum nesse discrimina
Amoris cantilenam,
In Aquilæ natalibus,
It sanguinis splendore,
Hinc me præ millibus
Antiquitatis flore.

42.

Vinter animantia
Et Leo, & Leæna,
Formæ rebar præstantia
Sic elle Magdalena,
Fui! Et fui! molibus
Amalis Leæna.
Salivis quos amoribus
Occidi procax lena.

43.

Nd neimpe Cedros fulmina,
Et Rojas Aquilones,
Averna florum germina
Brumæ vastationes
Aerunt, & emarcessere
Cogunt stellas hortorum;
Informam expallescere
Severa vis annorum.

44.

Hortorum Siren, mensibus
Vix binis Philomela,
Anit, mox versis cantibus
Fit lugubris querela,

Qua Terei ferociam,
Prognemque flet sororem,
Et Itys innocentiam,
Et perditum pudorem.

45.

Leones cadunt jaculis
Venantium Afrorum,
Montes, Silvaeque sæculis
Fluentium annorum:
Fluxa cadit felicitas,
Fluxa cadit venustas.
Juventus, robur, sanitas,
Divitiae, voluptas.

46.

Quin ipsæ lætitudines
Suos habent mœrcores,
Et mel amaritudines,
Et gloria dolores:
Honor inquietudines,
Divitiae timores,
Sublimitas vertigines,
Securitas terrores.

47.

Nil nisi diversorum
Unum, hunc crede Mundi,
Momento transitorium,
Nullum habentem fundum;
Annescis evanescere,
Quæ tanto ambiuntur?

Et ut fumos rarescere
Quæ falso blandiuntur?

48.

Formosi vultus claritas
Cum annis exolescit,
Vitæ vigor, & sanitas
Cum viribus hebescit,
Rosæ genarum defluunt,
Ruit Ver juventutis,
Ætatis flores abeunt
In fœnum tenetutis.

49.

Omnis voluptas palpitat,
Quanquam palpat dolosa,
In sepulcralem cespitat
Scrobem Cypris formosa,
Pennata sunt libidines,
Alati sunt Honores,
Abscedunt ut hirundines
Ad Hyemis algores.

50.

In mari nulla navis est
Tam fugax pulsa vento,
Nec tam inconstans avis est
Quovis errans momento,
Nec ventus variabilis,
Nec globo nixa rota
Fortuna, nec instabilis
Nubes à vento mota.

51.

Nulla testa tam fragilis,
Nec bulla, nata spuma,

Nec fumus tam volatilis,
Nec vento rapta pluma
Nec fluctus variabilis
Reciprocatus æstu,
Ut Amor est mutabilis
Formæ ruentis quasta

52.

Aurora cælum purpurat
Ortaque spargit rosas,
Auróque frontis fulgorat
Terras reddit formolas,
Nubem adducit Aquilo,
Omnémque tollit colas,
Unius morbi nobile
Sic Nox, Amoris vulnera

53.

Vitrum splendet, sed frangitur
Vix leví motum taqu,
Testudinis abripiatur
Sonus, Vulturni statu,
Nix, glacies dissolvitur
Irradiante sole,
Formosa frons sic tollitur
Annorum fluxa mole.

54.

A fulmine concutitur
Cedrus, & exardescit,
Ignis in fumos solvit
In cineres vanescit,
Cinis à vento rapitur
In aërem diffatus,

platilis, celos Honor luditur
a plena Fato dissipatus.

55.
annus dies labitur
In noctem refolutus,
Opis, & annus perditur
NIHILUM volutus,
late vix propellitur,
Et astas ab Autumno,
et brumâ : vita tollitur
Sc Sottis à Vertumno.

56.
recurrunt, & flumina,
Nulli sicut momento,
viva fluunt, & nomina,
Nec apice retento,
stus volat & perditur,
Et nemo seit quò vadit,
et Mundi spes exstinguitur,
et Res, in fumos abit.

57.
vbras pennâ rapitur
Peni e velox avis,
fluctus maris volvit
Argos propulsa navis,
et nulla semita
være, nec fluctu;
impiorum orbita
Disparet plena lucta.

58.
Vnidentum somnia!
Non blanda somniorum!

Quàm stulta sunt hæc omnia
Theatra gaudiorum!
Quæ Regna Nox immania
Somno ludente donat.
Hæc risu lux inania,
Aut gemitu coronat.

59.
O quot falsis delitiis
Somni fecellit lusus!
Honoribus, divitiis
In suas fraudes usus!
Quæ Morpheus ludibria
Ut vera, menti fixit!
Hæc suis manè radiis
Sol oriens extinxit!

60.
Et hæc Noctis imagines,
Fictæque somni scena,
Hæc fallæ pueritudines
Illudant Magdalenæ?
Huc usque, cù illuserat
Orbis, hæc ludet orbem,
Et quam dolo fecellerat;
Hæc dabit orbi corbem.

61.
In Palæstinæ Urbibus
Es mulier famosa,
O si & à virtutibus
Dici posses formosa!
Fama, quam continentia
Parit, est pretiosa,

Quam pudor, innocentia,
Rubor, est grata.

62.

Anhelasi encomia

De te per urbem dici,
Fac tua dent præconia
Plateæ, foræ, vici,
Hæc est, hac illa Magdalæ.
Quoniam formosa Lena,
Nunc lacrimarum rivulus
Luctu, dolore, plenæ.

63.

Adhucne plena Numine
Terram non averiaris?
Peccatrix, turpi nomine
Quousque nuncuparis?
Nondumne fastum fæculi
Et calcas vanitatis?
Nondum monet periculi
Te vox aternitatis?

64.

Quid usque, & usque sustines,
Ut nugæ te nugorum,
Et vanitatum oscines,
Lusus ineptiarum,
Ceu noxiarum Principem
Omni cassam virtutem,
Ligent, premantque mancipem
Infami servitute?

65.

Quid segnis penitentiam,
Et lacrimas moraris?

Quid premis conscientia
Quid oblequi cuncta
Pulcherrimo, suavissimo
JESU te invitanti?
Dulcissimo, comissimo
MARIAM te vocant
amanti.

66.

I. quid moraris? Numinis
Sequare prompta ductus
Cælestis cassum luminis
Non sinas esse fructus
Nulla te tardent temporis
Menses, dies, & Horæ
I. dum te vocant sidera
Saluti non sunt moræ.

67.

Adspirat aura cælitus,
Tu cordis pande velum
Dum dius afflat spiritus,
Et suffragatur cælum,
Plenis perge remigiis
Et trans salum Mundus,
Nè Sorbeat naufragii
Abyssus te Profundi.

68.

Absterge frontis nubilum
Et oculos serena,
Tua cerne pericula
Infelix Magdalena,
Dic vale pompis fæculi,
Dic vale Vanitati,

de præmis diaboli,
Dic vale voluptati.

69.
Nullam averte faciem
Avultu comitatis,
Afecte mentis aciem
Id aram sanctitatis,
Ex tempori excutias
Crudelem mancipatum,
SUQUE dulcis ambias
Scarem famulatum.

70.
Terum crepundia
Ballata caducarum,
Coxarum ite gaudia,
Et spes illecebrarum,
Amendaces gratiae,
Fuci, fumi, vapores,
Teclæ fallacie,
Adulteri colores.

71.
Appenitet infanæ
Ualeivæ juventutis!
Opis pudet infamæ
Obsecnæ servitutis!
Fluræ pudet temporis
Amoribus impensi,
Quicque luxus corporis
Delitiis accensi.

72.
Lubrica impietas!
Vah! Cypridis calores!

Vah! noxia formositas!
In felleos amores!
O Lerna! unâ litterâ
Taptum discreta Lena?
O Dionæa vipera,
Idalia Leæna!

73.
Patens mortis ossarium,
Sepulcrum dealbatum,
Hoc vermium Carnarium
Tot phaleris ornatum,
Bufonum Seminarium
Tot gemmis expolitum,
Serpentum vivarium
Tot epulis nutritum,

74.
Cloacam hanc tot sordium,
Et scelerum sentinam,
Charybdim hanç tot cor-
dium,
Scyllam plosquam mari-
nam.
Hanc Circen, quæ tot juvenes
In bestias mutavit,
Medeam tot Jätones
Quæ Philtris inflamma-
vit.

75.
Hoc pelagus cupidinum,
Et scopulum Amorum,
Abyssum tot libidinum,
Sirenem animorum,

Maleam

Maleam Innocentiae,
Syrtim Virginitatis,
Procellam impudentiae
Sepulchram Puritatis.

79.

Me miseram? Væ tempore
Quo docta sum amare?
Meoque procax corpori
Infidias aptare?
Quem velut auceps vincit
Allectos irretirem,
Et gemmeis tendiculis,
Et sericis vincirem.

80.

Quousque hoc prostibulum,
Ocælites, tulistis?
Cur in hoc Orci pabulum
Non vindices fuistis?
Cur ignis non intremuit?
Et improbam cremavit?
Cur terra non intremuit?
Et vivam tumulavit?

76.

Cur non hiarunt inferi?
Et ream forbuerunt,
Cur non trifaucis Cerberi
Ora me glutiverunt?
Cur non sum data Furiis
Æternum crucienda?
Quæ tot cælum injuriis
Affeci fulminanda?

77.

Tua nempe me Bonitas,
Mi JESU, conservavit,
Et ne perirem Charitas
Ad lacrimas paravit,
Tu retudisti fulmina,
Nè fontem me ferirent,
Tu terram, ignes, flumina
Nè in me dolævirent.

78.

Qod puritatis lillum:
Ligustrum castitatis!
In quod int exilium
Olor virginitatis?
Quot quot meis infidiis
Dolosa captivavi,
Tot veluti præstigis
Hamavi, & amavi!

81.

Cum inter Choros Virginum
Recordor me stetisse,
Et nihil turpitudinum
Puram intellexisse,
Nil quid ignes Veneris
Lasciuus quid Cupido,
Annisque nulla teneris
Gravis esset Libido.

82.

Inaubem conscientiam
Sereno fasta vulca.

Omnemque levis erit
Infamiae pudorem.

86.

Ex hoc primus scaturit
Fons omnium malorum!
Ex hoc fax omnis prodit,
Et sanies putorum.
Hinc velut de cadavere
Pus Fordium manavit,
Et pestilentia ulcere
Gangrena yerminalit.

87.

Debueram a teneris
Arcus declinavisse
Cupidinis, & Veneris
Consortia fugisse,
Nec tam inculta fidere
Verborum comitati,
Periculosæ credere
Nec me Societati.

88.

Sed nempe mentis levitas
Induxit imprudentem,
Et juventutis cæcitas
Obtenebravit mentem,
Ignoræ vitæ novitas
Me fecit delirare,
Et rerum curiositas
Negatis inhibere.

89.

Procul ab istis ignibus
Præstabat me fuisse!

Eg

Et à turpitudinisibus
Remotam sapoisse,
Ah ! si liceret pristinam,
Æstatem revocare !
Et vitam hanc ferotinam
In primam transmutare !

90.

Non licet : sed hoc liceat
Ut possim poenitere.
Et quod egi, displiceat,
Et placeat dolere !
Possum : & volo perditum
Pudorem deplorare,
Et pedibus suppositum
Amorem conculcare.

91.

Calco, rumpoque vincula,
Quëis capta colligabar,
Lasciva frango spicula,
Quëis læsa vulnerabar,
Ignes restinguo frigidâ
Et lacrimis calores,
Posthac futura rigida
Tyrannis in amores.

92.

Ergo sat datuui sceleri,
Et criminum furori,
Sat superbo velleri,
Et vestium colori,
Sat exornata solibus
Sunt tempora pavonum,

Sat ventilata mollibus
Sunt plumis struthionis

93.

Valete cirri capitis
Comarum undulati,
Non ita posthac stabis
In orbes circulati,
Nec intertextis floribus
In conum asperges,
Sabæis nec odoribus
Tincti superbietis.

94.

Valete, quas superbias
Artes fecit Magistris,
Et instrumenta impia
In luxum calamisstra,
Acus crinales (spicula
Cupidinis) gemmati,
Formæ censores, speculi
Vitro reciprocata.

95.

Valete comæ spuriae
Cæsaries mentis,
Vos illices luxuriae
In fronte margarita,
Et vultus alabastrino
Candore ceruflati,
Et bis excocto coccino
In rosas purparati.

96.

Vos nobiles murenula,
Spinther, torques, maille,
Tort.

oreumatum sirenulæ,
Cimeliaque mille,
auribus conchilia,
Gemmæque pretiosæ,

Et juventutis scenora
Tam turpiter perisse.
100.
Pudorem, dolos sequitur
Ah nimius, occultum!
Hoc mens, & Cor concuti-
tur,
Mœstumq; frangit vultum:
Et me objurgat tacitus
Turpis improbitatis,
Meique me interitus
Monet, & cæcitatis.

101.

Valete probra, rutili
Ex arte crispi crines,
labore quos inutili
(Superbiæ Erynnes)
ficiose famulæ
la luxum servientes,
construxerunt Herulæ
Montum obsequentes.

Ver vitæ, datum luxus,

Primæque flos ætatis
Impensus molli vietiui,
Et frœno libertatis,
Quod placuit hoc libuit,
Quod libuit, licebat,
Quod licuit, non puduit,
Egi quod non pudebat.

102.

Hinc thalamum eburneum
Auróque incrustatum,
Toraliūmque plumeum,
Et sericum grabatum,
Mollémque torum premere
Cervical olorinum,
Auroram nunquam cernere,
Nec solem matutinum.

103. Hinc

98.

99.

100.

101.

102.

103.

Hinc

103.

Hinc ad usque meridiem
 Somni fovere moras,
 Bis senas & pigritiem
 Extendere per horas;
 Primum post somnum otium
 Fuit, tractare mundum
 Muliebrem, negotium,
 Jentaculum, secundum.

104.

Sol luxit cum adultior
 Per orbēs fenestratum,
 Mox advocata doctior
 Corona ramularum
 Et ornatrices lectulum
 Solicitae ambire,
 Lymphas, saponem, specu-
 lum
 Et pectines accire.

105.

Hæc vittas noctis solvere,
 Hæc crines explicare,
 Hæc intricatos comere,
 Hæc comptos colligare,
 Ligatos illa nectere,
 Et in cirros crispare,
 Hæc crispos auro cingere,
 Et gemmis innodare.

106.

Inspergit illa pulveres
 De Cyprio odore.

107.

Eos illa cineres
 De Nabathæo flore,
 Illa radices Arabum
 Contusas in lomenta
 Sabæum illa balsamum,
 Et Persica unguentum
 108.
 Hæc supparum Sidophor
 Et mammillare pictum
 Imponit, illa Tyrum
 Dat humeris amictum,
 Hæc Cycladem purpureum
 Acu Phrygum stellatum
 Hæc lumbis pallam aurea
 Argento fimbriatum

108.

Eburneam hexilibus
 Hæc cingit marginis
 Cervicem, hæc monili
 Ab Erythra petitis,
 Hæc Hyacinthos carnosos
 Saphiros, Uniones,
 Et aure facit pendulis,
 Fronteque botryonum

109.

Hæc manus ornat annulis
 Et brachia armillis,
 Articulos carbunculos
 Topaziis, Beryllis
 Sardonyches, & smaragdos
 Hæc indit, Adamantum

(b) Gemmæ botrorum formæ.

pides, chrysolithos,
Ustellas fulgurantes.

II.O.

compta Venus nitui
Hoc pretiosa cultu,
que multos rapui
In corruptelam vultu,
In preibant famuli,
Sunt famulæ sequutæ,
mentum facta populi,
Turbaque, luxu mutæ.

III.

billoris comptulus
Oris lyrma levabat
Spens Heram Ephebulös,
Et cautus observabat,
se relatis humum verreret,
Aut inquinaret lutum,
Aut pulvis inficeret,
Aut sordidaret sputum.

III.

me Phæncean unicum
Rebar formositatis,
ornamentum publicum
Et florem Civitatis,
me Deam excultissimam
Dearum terrenarom,
herem comprissimam
Nympharum patriarchum.

III.

ah! quantum evanui?
Quantum demens erravi?

Quantum audax desipui,
Cùm Deam me putavi?
Quæ capra sum oientibus
De capris Dux caprarum,
Aut princeps prædatribus
Lupis, lupaluparum!

II.4.

Corpus fragrabat balsamo,
Ambra, Moscho, Zibetho,
Nardo, croco, & cinnamo,
Et Cyprio roseto,
Perso halans aromate,
Arabicóque flore
Conspersum diapaftmate
Et Damasceno rore.

II.5.

Hircum olebat anima,
Et infernale laser,
Orco devota victima
Et verminans cadaver,
Fredis plenum putoribus
Merum spirabat lethum,
Stygis plenum fœtoribus
Plutonium simetum.

II.6.

Mentita vultom Virginis
Manus, pectus, Puellæ,
Monstrum fui sphinx hominis
Ficta vocis loquela:
Fui crudelis bestia
Mendax ore Hyæna,

Q

Quæ

Quæ tot, tecta sœvitia,
Occidi Magdalena.

117.

Ut sunt notata mortibus
Magni fluenta Nili,
Infamant, quæ funeribus
Prædones Crocodyli,
Humanis, qui corporibus
Pascentes lacrimantur,
Sic à meis amoribus
Tot capti, devorantur.

118.

Nam quot crudelis glutii,
Quot animas voravi?
Quot in sepulcra vitii
Immergas deturbavi?
Quot perdidi blanditiis?
Quot melleis loqueliis?
Quot dulcibus illiciis?
Quot mollibus labellis?

119.
Quot in profundum Tartari,
Et barathrum Abyssi
Amoris ope barbari
Tyranno me sunt missi?
Quot serò nunc post funera
Infausti detectantur?
Et me, & mea scelera
Lamentis execrantur?

120.
Est nempè magnes cordium
Venusitas puellaris,

Et quæ trahit ad vitium
Forma, Stella Polaris
Et quæ venenat oculis
Et vulnerat affatu,
Et quæ prædatur oculis
Et perimit affatu.

121.

O Magdal! O Magdal!
Fuci veneno picta!
O Palæstinæ Idalis
Teli amoris icta!
Tot inclementer vulnus
Multiplicas amorum
Quot tua vibrant sidera
Sagittas oculorum.

122.

Habet suas fallacias
Amor, & imposturas
Habet dolosas gratias
Et catas celaturas,
Habet & artificia,
Et callidos venatus,
Habet compta mendacis
Et comicos ornatus.

123.

Amores ut accenderem
Accensos ut favorem
Et languidos allicerem
Et desides moverem
Larvam, & mimam indui
Odisse simulavi,

vition
a Polaris
oculis,
Ratu,
r oculi
atu.

tu tristis ingemui,
Eructa lacrimavi.

124.
Ne me fingebam frigidam,
Et ignesaversari,
In amores rigidam,
Et colidesignari,
Quumque gelu pectoré,
Et glaciem fovere,
Tuncque nivem corpore
Severa Virgo ferre.

125.
Ita sexus formidine,
Ceu flore non amissio,
Vatum tegebam syndone,
Levique pectus bysso,
Equividebar castius
Defendere pudorem,
Tanto ardebam fortius
Accendere amorem.

126.
Item meum fallacibus
In pectore latente
Vite tegebam nubibus,
Nepropalam ardenter
Cauta voltu proderem,
Sed radios celarem,
Quod in corde gererem
Incendium velarem.

127.
Pantomimam ludere
In artibus amandi.

Et dextrè novi tendere
Insidias venandi,
In formas omnes vètere,
Blandire docta verbis,
Irásque scitè fingere
Obtutibus acerbis.

128.
Aut quos voltus humanitas
Nequivit devincire,
Hospotuit severitas
Versuta irretire,
Quos frangere caloribus
Nequivi reluctantis,
Hos lacrimarum roribus
Mollivi adamantes.

129.
Ah ! quot mentis delitia,
Quos questus excitavi ?
Profunda quot suspiria
Moerentibus afflavi ?
Ridebam clam amentiam,
Et animi torturas,
Meam laudans astutiam,
Et doctas imposturas !

130.
Vos specula crystallina,
Binaque frontis pilæ,
Vos plena flammis lumina,
Vos ignea pupillæ
Vos scintillantes somates
Quot ignes excitatis ?

Q 2

Quot

Quot alienas segetes,
Et agros cinerâsti?

131.

Quanto frontem excolui
Labore liliatam?
Ebur genarum polii
Nivémque miniatam?
Odoro lota smegmate,
Et balsamo peroncta,
Toto nitebam capite
Manus, pedesque tintata.

132.

Et hæ fuere nexiles
Catenæ captivorum,
Hifunes auro textiles
Amantium servorum!
Has aves visco faciles
Promptasque captivavi,
Hos pisces, hamis, nobiles,
His pronos inescavi.

133.

Somno, mensis, & Iusibus,
Et jocis incumbebam,
Pronámque voluptatibus,
Me penitus dedebam,
Curarum fuit maxima
Amare, & amari,
In otio dulcissima
Vita, deliciari.

134.

Interea centoculus
Me digitis moastrabat

Prætereuntem populus,
Et sibilis notabat,
Formam laudabant juventem,
Et oris venustatem,
Splendorem vestrum senserunt
Et cultus dignitatem.

135.

Pudicæ luxum Virgines
Infamem sunt exosa,
Et illices cupidines
Tulere stomachos,
Hæc probrum, nostri genitores
Et dedecus pudoris,
Mancipiūmque veneris,
Ajebant, & ruboris.

136.

Major calamitati,
Immaniorque vastitas
Priori vastitati.

25.

Cum fériis septembribus
Fruges hortis leguntur;
Vindemiis Octobribus
Dulces uvæ carpuntur;
Tunc sua tabernacula
Custodes vinearum,
Structaque diverticula
Tollunt vigiliarum.

26.

Sic suum viridarium
Hortumque dissipavit,

Quæs-

*Quasi vile tentorium
Difficilis prostravit,
Suumque Tabernaculum
In devestationem,
Dedit, & habitaculum
Quasi papilionem.*

27.
*Formosa Templi facies
Ut Tempe gratiarum,
Horti cælestis species
Plantarum divinarum,
Dei prætentis gloriæ
Ut Iole illustratum,
Oraculorum copiæ
Ut pluviis rigatum.*

28.
*Quod instar horti floribus
Cælestibus fragrabat,
Mixtisque flore, fructibus
Ubertim abundabat,
Exterminatis frondibus,
Arboribusque fractis,
(Proscriptis Sacerdotibus
Pulsis, & vi abactis.)*

29.
*Lapsa circum maceria
Et sepe dissipata,
Dissecuit plantaria
Fundō eradicata,
Hortumque fecit omnibus
Expositum rapinis,*

*Et pasequalem morsibus
Et ventribus ferinis.*

30.
*Horti sui Tentorium
Vastavit in saxetum,
Et nobile pomarium
In triste fentetur,
Ubi luxuriantia
Floruerant Palmeta,
Nunc horrent pullulant
Vepreta & junceta.*

31.
*Sic Dei Habitaculum
(Hortus deliciarum)
Et Templi Tabernaculum
(Cælestium gazarum)
Disparuit & perit
Divina ultione,
Et tumulatus transit
Cultus oblivione.*

32.
*Jam altum est silentium
Sion Festivitatis,
Jam Sabbati justitium
Primæque sanctitatis,
Jam via tristem lacrima
Lugentes vastitatem,
Eò quod non quod veniant
Sint, ad solemnitatem,
Nam dedit in opprobrium
Et indignationem,*

* Jerem. 4, v. 4.

ibus
inis.
furore Dominus
Regem & sacerdotem,
Ob Abavorum facinus,
Avum, Patrem, nepotem.

34.
Zain. vers. 7.
Iustus repulit
In indignatione,
Iem ab eo sustulit
Abominatione,
Nec cædi passus hostias,
Nec thura adulteri.
Nec pecudum primitias
Nec fructuum offerri.

35.
Pro benedictionibus
Successit maledictum,
Malificationibus
Propodium inflictum,
Desiderabilibus
Congeries malorum,
Vondamque mirabilibus
Catastæ Barbarorum.

36.
Fororum manus tradidit
Fortes turres murorum
Territorum perdidit
Arces palatiorum
Domitâ prædantium
Ferociâ prostratas,

Ferróque sævientium
Ignéque cineratas.

37.
Ad sacerdotum funera
Triumphos cecinere,
Interque Templi rudera
Victorias plausere,
Ubi Chelys & cythara
Laudes canebat Deo.
Nunc sonat tarantara
Profano in Odæo.

38.
Nunc raucum strepunt tympana
Et clangor lituorum,
Ubi cantus & organa
Et Chori musicorum,
Et vox Numeri laudantium
Lusit Psalteriorum,
Ibi clangit lætantum
Celeusma Chaldæorum.

39.
Heth. vers. 8.
Iustum manet judicium
Divinæ æquitatis,
De reis ut supplicium
Sumat iniquitatis,
Maturis sic consiliis
Sat diu ponderatum,
Ut ultimis excidiis
Plectatur, judicatum,

40. Sic

40.

Sic iudicatum : **Filiæ**
Sion murum **vastare :**
Vastatum (ut quisquiliæ
 Verruntur) dissipare ;
Et hinc suum funiculum,
 Tendit, in sentinam
 Quasi ad perpendiculum
 In ultimam ruinam.

41.

Radicitus evertere
 Stat fixum , firmum , ratum ,
Non dexterum avertere ,
 Donec sit consummatum ,
Latâ semel lententiâ
 Quod statuit petire ,
Quam nulla pœnitentia
 Sit potens impedire .

42.

Decreto suo institit
 Prece nulla mutando ,
 Nec ab incepto destitit
 In finem terminando ,
Nec manus stitit operam
 A demolitione ,
 Nec semel jactam tesseram
 Ab hac perditione .

43.

Tremendum hoc exitium
 Calumque funeralm ,
Et Solymæ excidium
 Pyramque sepulcralem

Lugent antemuralia
 Excita mæniorum ,
 Et irreparabilia
 Tecta palatiorum ,

44.

Augusta gemunt opera
 Flammis incinerata ,
Congesta plangunt roden
 Et marmora prostrata ,
Manes confusis vocibus
 Fractos edunt clamores
 Et cladibus atrocibus
 Accumulant dolores .

45.

Teth. vers. 9.
Murorum cadaveribus
 Non pepercere hostes ,
Magnificos ruderibus
 Sepeliyere postes ,
Artis miræ frontalia
 Portarum corrue ,
 Et sumptibus regalia
 Collapsa periæ .

46

Vectes illius terrei
 In scobem sunt contritæ ,
Et Cardines chalybei
 In cinerem molliti ,
Aer rigentes obices
 Convulsi & contracti ,
 Et propylæ fornices
 In pulverem redacti .

47.

lvæ, seræ, repagula
Rupta hypothyrorum, (a) Suscepit ut oracula
znea obſtacula Cælo loquente data.
laufra hyperthyrorum, (b) Mœroris lunt ſpectacula
atticum veſtibula Et Fana profanata.
Et adytus ſacrorum,
mania ſunt pabula
facta incendiorum.

48.

In his Regem & Principes
Eius trucidavere.
veluti arietes
Caſos immolavere:
ap/a sancta perijt
Labrique mandatorum.
Magistratus corruit
Defenſor præceptorum.

49.

Melibus Oracula
Mutescunt Prophetarum,
terum miracula
xpirant gratiarum:
ſunt Vates cæleſtium
erborum Audientes,
Dei mirabilium
aut amplius Videntes.

50.

Jod. verf. 10.
quos Sion Filia
upexit ut parentes,

Quorum cana consilia
Et linguis sapientes,
Rupta hypothyrorum, (a) Suscepit ut oracula
znea obſtacula Cælo loquente data.
laufra hyperthyrorum, (b) Mœroris lunt ſpectacula
Et Fana profanata.

51.

Senes, nuper in pulpitis
Et exedris docentes,
In compitis, & adytis
Sacrorum eloquentes
Hac tristi rerum facie
Attoniti ſederunt
In terra, fracti macie
Muti conticuerunt.

52.

Caput conferti cinere
Gementes ploravere,
Accincti corpus vellere
Cilicino, luxere,
Pulsantes pugnis pectora
Impactis, gemuere,
Induti ſacco, corpora
In humum abjecere.

53.

Et Virgines Jeruſalem
Superbo compta cultu,
Præferentes nobilem
Formoſo frontem vultu,
Byſlo, coccoque ſplendidæ
Auróque cincinnatæ,
Z Squalore

Vitruv. Limaen. (b) Vitruv. ſuperliminare.

Squalore lugent luridæ
In terram inclinatae.

54.

Caph. vers. II.

Quid ultra querar misera?
Quid gemina derelicta?
sunt conturbata viscera
Ab hostibus afflita,
Vi lacrimarum oculi
Mei jam defecerunt,
Et instar siccis copuli
Fracti exaruerunt.

55.

Cor flacidum contabuit
Vigore destitutum,
Angustiatum tremuit
Pavore involutum,
Effusus est fons sanguinis
Fecur terra allisum,
Et dissolutum fluminis
Instar fluxit divisum.

56.

Formidinis angustiae
Eliciunt sudorem,
Tyrannidis saevitiae
Exterminant cruentem,
Quocumque verto lumina
Gregem cerno malorum,
Et integra examina
Pavorum & dolorum.

57.

Hinc Filiarum Populi
Super contritione,
Horrendi mens spectat
Concutitur agone,
Tristem videns tragedia
In oppidi plateis,
Et Parvulus inediam
Imponi Solymaeis.

58.

Natos panis occumbant
Inopiam famentes,
Examinesque cadere
Ad ubera lactentes,
In mille partes ilia
Pectusque non romperet
Materna cum auxilia
His ferre denegatur.

59.

Lamed. vers. II.
Ut agni matrum obera
Balantes concupiscent
Per prata & per nemora
Vagantes ingemiscunt;
Sic pane sueti vivere,
Vino, Nati, potari,
Dixerunt: Mater! bibo
Da, pane satiari.

60.

Ubi, ubi est tritici
Et pollinis medullæ

Ubi meri Engaddici
Obba, diota, trulla?
Quis det de Uva Cypria
Languentibus liquorem?
Aut vinea de patria
Pampineum humorem?

O Filia Ierusalem
Dic, Cuicte exequabo?
Toi, mætore, similem
Ubi investigabo?

61.

Tua clades est grandior (a)
Clade Ægyptiorum,
Tua strages crudelior (d)
Strage Chananæorum,
Tuus luctus immanior (e)
Luctu Philistinorum,
Tuus dolor funeslrior (f)
Dolore Hebræorum.

62.

Parem calamitatibus
Catastrophem malorum
Mundus sub nullis Regibus
Conspexit Judæorum,
Nullus unquam ferociit
Crudeliſt Tyrannus
In Te, Tuosque ſævit
Ut barbara hæc manus!

63.

Mem. vers. 13.
In hac vitæ tristitia
Ah! cui te comparabo?
In hac mortis angustia
Cui te affimilabo?

66.

Sed quæ feram solatia
O Virgo Sionæa?
In hac Tibi angustia
Sub framea Chaldæa?
Ah non est Sion Filia,
Non est tibi secunda

Z z

Quæ

(a) Sub Moysè Exod. 14. (d) Sub Iosue cap. 7. (e) Sub Davide
(f) Sub Henr.

Quæ ferat, quæ * tu, talia
* passa

Pari natans in unda ?

67.

Profundo maris gurgiti
Immaniter extenso,
Magno aquarum Holpiti
Et Barathro immenso,
Si quales cumque fluminum
Torretes comparentur,
Stillantes scaturiginum
Guttæ mari addentur.

68.

Omnis aquarum copia
Oceano glutitur,
Et adhuc, eēū inopiā
Laboret, plūs hauritur,
Sic tua, si cum cæteris
Mala, malis æquentur
Est, velut fundo æquoris
Sirivi copulentur.

69.

Ut nullis Pontus terminis
Se patitur teneri,
Nec ullis terræ machinis
Aggestis coërceri,
Quin cataraëtæ fluctibus
Et aggeres run pantur,
Motisque tempestatibus
Moles ruptæ sternantur.

70.

Sic nulla consolatio
Tuos æstus doloris,

Nec ulla delectatio
Angustias mœroris,
Nec fletus vehementiam
Consultæ rationes,
Nec inelus impotentiam
Sistent dissuasiones,

71.

Quot æquor tumet fluctu
Procellis quot crispatur,
In Saxa quot insultibus
Impactum dissipatur,
Quot horridum turbinib.
Guttas ejaculatur,
Tot tua mens gemitibus
Curisque laceratur.

72.

Amarum mare gustui
Adversum naviganti,
Humanæ grave potui
Orique nauseanti,
Sic tua est contritio
Acerbo plena sale,
Et animi afflictio
Amara plena felle,

73.

Prægnans mare periculis
Latentium saxonum,
Fractis infame tabulis
Nautarum naufragorum
Etu Charybdi mergeris,
Abyllo absorberis,

Tuæ Scyllæ allideris,
Naufragioque peris.

74.

Sali vicissitudines,
Aure varietates,
Quot tempestatum turbines
Et mutabilitates:
Tot & solicitudines,
Tottui sunt angores,
Tot sunt amaritudines,
Tot cordis amarores.

75.

Nun. vers. 14.

Sed mala super omnia
Omnes calamitates,
Delula es per somnia
Et fidelas veritates
Tuorum, qui jactaverant
Prophetas se Videntes,
Stultis te deluserant
Fabellis, mentientes.

76.

Decepta blandiloquiis
Es Pseudo. Prophetarum,
Ex floridis mendaciis
Fictarum Fortunarum:
Qui, cùm deberent aspera
Et horrida minari,
Hi præsumperunt prospera
Tibi vaticinari.

77.

Te assentationibus
Seduçtam delusere,
Et adulotionibus
Dolosè fefellere;
Infames turpitudines
Et scelera celabant,
Et morum ægritudines
Molli manu palpabant.

78.

Ut te ad paenitentiam
Sanabilem vocarent,
Par erat : & licentiam
Noxarum castigarent,
Suaderent pro flagitiis
Tain grandibus lugere,
In faccis, & ciliciis,
Et cinere dolere.

79.

Notho viderunt omne
Tuas assumptiones,
Et cecinerunt carmine
Falso ejectiones,
Et Numinis judicium
Irat, in te latum,
Mentiti sunt in hostium
Excidium paratum.

80.

Cælo strictos acinaces
Et Virgas, & Cometas,
Ferali flammæ vindices,
Faces Judæis latae,

Z 3

Chal-

**Chaldæis formidabiles
Astris descriptas minas.
Cantabant, & terribiles
Illorum in ruinas.**

81.
**Fucata vatum sanctitas
Hypocrisis velata,
Et Solymæ perversitas
In malis obstinata,
Tandem ferò cælestium
Iras in se vibrari,
Signisque tot excidium
Senxit suum patrari.**

82.
**Jam sera penitidine
Tuam deploras fortē,
Versoque rerum ordine
Præsentem luges mortem,
Exsoliatam omnibus
In prædam te cessisse,
In servitutem hostibus
Captivam abiisse.**

83
**Samech, vers. 15.
Relictam te ab omnibus
Solam deseruerunt,
Quin transeuntes manibus
Infamiter plauferunt.
Te super, viâ publicâ
Contemptim irridentes,**

**Sannis, joca farcistica
Et sibilos addentes.**

84.
**Ubi illa mirabilis
Et Regia majestas;
Ubi est formidabilis
Dominij potestas?
Ubi magnificentia
Augustæ dignitatis?
Ubi est reverentia
Tantæ authoritatis?**

85.
**Honor it in ludibrium.
Majestas in contemptu,
Laus tua in opprobrium,
Potestas in figmentum,
Tibi pinxit ciconiam
Adverso stultam volo,
Adduntque ignominiam
Ridiculo singulu.**

86.
**Uncis indulgent naribus
Popismis insultantes,
Convitiis & lusibus
Afflictam objurgantes,
Moventes super Filiam
Jerusalem cervicem,
Excutientes tibiam
Plantamque contem-
pcent.**

87.

Id factam condolentiam
Composito horrore,
gloriam Potentiam
Mirantur cum stupore,
Dentes : Hæcne Civitas
Est illa Solyma?
Hæc illa est felicitas
Et dignitas Hebræa?

88.

Hæc illa Princeps Gentium
Perfecti Urbs decoris?
Orbis illa delitium
Ecclæsus * est Honoris ?
* curia
Hæc Universæ gaudium
Terræque est voluptas?
Hoc Numinis Palladium
Hæc Templi est venustas?

89.

Phe. vers. 16.
Sic illudabant ludicra
Commiseratione,
Et refricabant tetrica
Commemoratione,
Felicitatis aureum
Vitæ prioris statum,
Improperantes ferreum
Captivæ famulatum.

90.

O Solyma! non Solyma!
Ab Orbe toto culta!

Nunc Urbium miserrima
Deluderis ut stulta!
Tuis jocus es hostibus,
Qui bestiarum more,
Exertis in te dentibus
Pandoque furunt ore.

91.

Passis in te hiatibus
Ceū in te ruituri,
Et explicatis rictibus
Morsam devoraturi;
Non impares Leonibus
Lupis, Ursis, pantheris,
Famelicisque canibus
Fremunt, furuntque, fer-
ris,

92.

Instar draconum fistulant
Venenum exhalantes,
Serpentum more sibiant
Mortem linguis minantes;
Dicentes: devoravimus
Parte defensos nulla,
Eosque degulavimus
Cum ossium medulla.

93.

Tandem dies vindicibus
Faustissimus illuxit,
Qui armis nos vicitribus
In Urbem hanc induxit,
Quo belli indulgentia
Conceditur victori,

Z 4

Hostili

Hostili pro licentia
Litare , jus Furori.

94.
Quem pridem exspectavimus
Invenimus, videmus,
Crebris votis optavimus
Optatum obtainemus:
Omni pulsâ formidine
Fas insultare victis,
Et mentis pro libidine
Incumbere vindictis.

95.

Tot Regum patrimonia ,
Opes , thesauri , centus ,
Sunt militum stipendia
Et nervus , his impensus ,
Tributa , vectigalia ,
Dotes Provinciarum
Prædantium sunt spolia ,
Et gaza rapinarum.

96.

Ain. vers. 17.
Hæc pridem in Consiliis
Cælestibus secreta ,
Deique in judiciis
Sancita , & decreta ,
Et quæ à longis sæculis
In hoc tempus prævisa ,
Sunt tandem pro piaculis
Noçentium decisa ,

97.
Hæc quæ minatus fuerat
Loquendo per Propria Caffell
Et firmiter statuerat ,
Has fixit minis metas
Et quas peccatas in vita
Sanciverat venturas ,
Hæc intulit supplicia
In Urbes perituras.

98.

Que cogitavit Dominus
Hac fecit & complevit
Sermonis ejus terminus
Hic tandem conqui
Et que olim præcepit
Antiquis à diebus ,
Hæc serò expediverat
Succisis spibus , rebus .

99.

Paternæ spes Clementia
In poenam commutat
Res venia , spes gratia
Oblivioni data:
Quos obstinavit perdet;
Prædonibus objicit;
Quibuscque non ignoscet
Per hostes interficit.

100.

Omne vivens , aut perdit
Et gladio peremit ,

Aut mancipatum vendidit
Et mango vinclum emit :
Castella clementaria
Vis bellica prostravit,
Julæa, & sacraria
Vis flammæ cineravit,

101.

Ubi urbes & oppida
Pagi, vici, steterunt,
Palatiaque splendida
Hortique floruerunt,
Non horrida sunt rudera,
Sepulcra Civitatum,
Exædium cadavera
Acervi vastitatum.

102.

Artificum miracula
Eversa corruerunt,
Hammarum facta pabula
In fumos abierunt.
Nunc meræ solitudines
Iudea devastata,
Mortisque sunt imagines
Deserta desolata.

103.

Egalia solaria
Sunt densa senticeta,
Apparuit seminaria,
Et aspera vepreta,
Forti & viridaria
Amara saliceta,

Honoris cæmeteria
Funeribus repleta,

104.

Non est amicus condolens
Tuam deplorans sortem,
Quin hostis tuam insolens
Lætatur super mortem,
Nam Deus cornu hostium
Tuorum exaltavit,
Grandemque fastum fascium
Tuorum subjugavit,

105.

Sade. vers. 18.

Tot malis & mileriis
Plagisque tot oppressi,
Seris licet suspiriis
In se rei regressi,
Super Sionis mania
Clamavit cor eorum
Ad Dominum, & nenia
Audita miserorum.

106.

Tunc Filia Jerusalem
Agnoscere reatus,
Lessumque lamentabilem,
Et graves ejulatus,
Super murorum rudera
Immaniter ciere,
Sparsumque super marmora
Urbis vastatæ flere.

Z 5

107. De-

107.

Deduc, O Sion Filia.
Torrentem lacrimarum,
Et contremiscant ilia
Ad plagas ruinarum,
Fac tua fiant lumina,
Ut Salfas fundant undas,
Duo doloris flumina,
Quæ jugiter profundas.

108.

Diebus da & noctibus,
Da singulis momentis
Soluta fræna luctibus
Et improbis lamentis!
Quantumcumque profuderis
In sinum lacrimarum,
Nunquam tamen sat dederis
Aquarum debitaram.

109.

Nullatibi sit requies,
Nec remora dolorum,
Nunquam siccetur acies
Tuorum oculorum,
Papilla tuis fletibus
Ærumnas eloquatur,
Hac, & his interpretibus,
Cordis vulnus noscatur.

110.

Coph. vers. 19.
Consurge, quæ in pulvere
Iacebas Sordidata,

Cilicio & cinere
Tuo mortificata,
Consurge, Lauda Domini
Fusa precatione,
Culpam fatere criminis
Cordis contritione

III.

In nocte, in principio
Lauda vigilarum
Numen, in æquilibrio
Horarum diurnarum,
Tu vigilans, stertentis
Ora, somno sepultis,
Fusis incumbe precibus
Pro muris demolitis.

112.

Ante conspectum Numinis
Liquare in humore,
Effunde instar fluminis
Soluti cordis rorem,
Densa nubes in pluvianis
Tuorum oculorum,
Pectus pande in spongeis
Liquorum profundis

113.

Manus tuas pro anima
Tuorum Parvulorum
Attolle, quos pro viciniis
In fronte compitorum,
Fames crudelis jugulat
Inediâ cadentes,

ta,
Libithinæ immolat
Vix hatos , morientes.

114.

Res. vers. 20.

Deus Clementiæ
Gentem tuam afflictam,
confidera Justitiæ
Tæx in nos vindictam,
Domine confidera
Plagas, quas intulisti,
In nostra specta vulnera.
Quæ reis inflixisti.

115.

Iam tu vindemiacaveris
Vide humiliatum ,
Subticulari presleris
Ut Uvam conculcatum,
Tantæ vix restant acini
Vindemiæ rejecti ,
ut ipsa, pauci pampini
De vinea collecti.

116.

Sic Solymæa vinea
Chaldæo vastatore
Et gloria pampinea
Hoc vindemiatore
Redueta est ad incitas
Tantæ Fortuna gentis ,
Et populi felicitas
In tumulum ruentis.

117.

O inaudita feritas !
Nec bestiis agenda ?
O barbara crudelitas !
O rabies horrenda !
Quæ unquam Gens, & Natio
Fuit, aut potest esse ,
Quæ grandi austit vitio
Suas proles comæstæ ?

118.

Ergo omni tigride
Et lupis saeviores
Sæva cordis tyrannide
Flagitiosiores ,
Ut sua ventris pignora
Hebrææ matres erunt
Recondant inter viscera
Quæ vixdum pepererunt ?

119.

Ergo' naturam exuent
Humanam genitrices ?
Et bestiarum induent
Suarum peremptrices
Immani cæde prolium ,
Quas flammis elixabunt,
In mensura palmarium
Et coctos manducabunt ?

120.

Ergo' in sanctuario
Sacerdos occidetur ?

In nu-

In Numinis Sacrario
Propheta perimetur?
Nullane reverentia
Loci, nec Dignitatis?
Videntis nec praesentia
Terret Divinitatis?

123.
Sin. vers. 21.
Nulli percit gladius,
Nec lancea hostilis,
Summus, Imus, & Medius,
Dives, egenus, vilis,
Marita, Virgo, Vidua,
Senex, infans, puella,
Eodem ferro cædus.
Ætas cadit tenella.

122.
In terra Silicernium
Et puer jacuerunt,
Pro tecto sterquilinium
Cænum, foris fuerunt,
Hi sunt amplexi stercora
In croceis nutriti,
Corpus bysslo, & purpura
Involvere affueti.

123.
Intaminatae Virgines
Sub ense occiderunt?
Eodem ensis juvenes
Mucrone perierunt,
Vernas vitæ delicias
Hyems belli extinxit,

Ætatis & primitias
Mortis gelu decor

124.

In die iracundia
Tua interficiisti,
Eurore inclemetia
Oppressos perculisti,
Nulla misericordia
In veniam movendos
Nec noxae indulgentia
In gratiam flectendo

125.

Thau. vers. 22.

Cælesti in prætorio
Thronoque majestati
Tui nutus imperio
Jussuque voluntatis
Ceñ datâ hosti tessera
Ad diem sanctitatis
Vocasti, & ad prospera
Festa solemnitas.

126.

Quasi tubis & tympanis
Ad dies geniales
Et lituis & organis
Ad jubilos festales
Vicinos de circuitu
Fecisti advolare,
Et repentina ambitu
Captum circum vallare

127.

illa terribilis
Timoris & horroris,
illacrimabilis
Vindictæ & furoris,
incomparabilis
Qualem Mundus non vi-
dit,
heu ! lamentabilis
Qui Regnum tantum scidit.

128

foliā memoria
Attonitis tremendus,
effurā & miseriā
Hostili formidandus,
illis latis scriptoribus,
Utpar est , exprimendus ,
illis sat oratoribus
Ad pathos, describendus.

129.

furoris Domini
cladem destinatus,
nemini
excidio paratus,
qui complevit calculos
ad criminum menturam ,
temnos addet tcrupulos
ad iudicis centuram.

130.

tulit cladem Solymæ
Nuper tam fortunatæ,

Nunc Urbium miserrimæ
Afflictæ, captivatæ,
Exsplotatæ omnibus
Quæ quondam congrega-
vit,
Felix sub suis Regibus
Quos Patres adoravit.

131.

Ast nunc infelicissima ,
Si unquam ULLA fuit,
De dignitate maxima
In imum probri ruit,
Contemptim plantis hostium
Impactis conculcata,
Urbs sancta quondam , Gen-
tium
Idolis profanata.

132.

Secuta clades : jugula
Hebræa quam sensere.
Clades, quam nulla fæcula ,
Nec Fasti meminere,
Clades, historiographus
Quam nullus exaravit,
Clades, quam Opistographus
Scriptam non annotavit.

133.

Chaldæis à militibus
Hostili ferro cincta,
Muris, vallis, & torribus
Aggeribusque vincita,

Ut nul-

Ut nullus exeuntibus
Egressus panderetur,
Nullus introeuntibus
Locus aperiretur.

134.
Ut feræ captæ cassibus
Indagine silvarum,
Aut pisces clausi retibus
Gurgitibus aquarum,
Aut volucres bitumine
Visci tenacitate,
Sic Urbs, belli munimine
Armorum densitate.

135.
Vi ferri, factus aditus
Portæque referatæ,
Mox irruit Exercitus:
Urbique captivatæ,
Dat ferro leges, sanguine
Paragraphi scribuntur:
Et Capita, acumine
Acinacis leguntur.

136.
Die solemní victimæ,
Deo sacrificantur;
Pro hostiis nunc animæ
Meorum immolantur,
Vicem boum & ovium
In busta litatorum

Sunt cæsa membra Cingula
Furoci oblitorum.

137.

Non est ordo in cedib.
Nec modus, nec discrimen
Grande victis supplicia
Est pepercisse, crimen
Discrimen hoc est unic.
Nulli discrimen esse,
Preceptum Hoc Chaldaea
Non ullum superesse.

138.

Lustrator ignis expiat
Culpatae noxas gentes
Justitiæque nunciat
Mensuram metientis
Divitiæ, superbie
Fomenta, subductum
Luxus, lucra Luxuriaz
Rapinis corriguntur.

139.

Ferrum: quos educaverat
Consumpsit educatos;
Idem: quos enotritiverat
Extinxit enotritos;
Hoc fuit Decretorium
Mea ruine Fatum,
Quod Dei Consistorium
sic fecit consummatum.

CAPUT TERTIUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Primò, Olympiod: Paschas: Bonavent: putant Ie-
remiam ad litteram hoc capite loqui de Christo, &
Christi Passione: Verùm Ieremias luget hisce Threnis
ad litteram sui temporis calamitatem; ergo tantum alle-
goricè luget Christi afflictiones & crues. Secundò
Theodor: Raban: Hugo, S. Thomas, Lyran: Vatabl:
putant hoc caput esse vocem populi, sive cuiuslibet Iu-
dæi, vel Hierosolymis vel in Babylone lugentis commu-
nem clamorem. Tertiò & planissimè, ut verba sonant,
Origen: Euseb: Rupert: & Vatabl: censent Ieremi-
am hìc lugere suas calamitates, præsertim eas, quibus
tempore obsidionis, à suis civibus afflatus fuit, Ieremias
20. & sequent. Hoc enim est, quod initio capit is ait:
Ego vir videns paupertatem meam, & v. 13. Factus, ait,
sum in derisum omni populo meo: unde & carcerem
vinculaque sua plangit. v. 5. 6. 7. 9. ac inediā & famem.
v. 15. 16. 17. ac verbera & alapas. v. 3. 12. 13. Simul
tamen in seipso repræsentat & luget afflictionem popu-
li sui. Deinde v. 21. spem in Deum erigit, ostendendo
utilitatem tribulationis. Quartò, v. 40. suos cives hor-
tatur, ut convertantur ad Deum. Tandem v. 54. suas
ezumnas & suorum civium plangendo, mala similia suis
inimicis imprecatur. Sic Cornelius à Lapide in Iere-
miā.

I. Aleph,

CAPUT

I.
Aleph. vers. 1.
QUæ secretorum consciæ
Prophetæ divinorum
Judiciorum nuncii
Et testes Decretorum
Vaticinati, impetu
Divino entheati
Carnis exuti spiritu,
Jam Divis sociati:

De Solymæ interitu James,
Edictus Hæc monebitur Insta
Hic absens mali, claudit
Vinctus in Babylone,
Ast in me tota volvitur
Clades vastatione.

2.
Quæ sacro plenus Numine
Futura Isaias,
Diòqué ardens flamine
Prædixit Sophonias:
Hæc ego vaticinia
Cerno verificata,
Ego Videns præsentia
Prophetis demonstrata.

3.
Ego Vates communibus
Cum Civium cohorte
Vir involutus cladibus
Pari castigor Sorte,
Ego Vir videns, sentio
Meam calamitatem,
Irámque virgæ vitio
Condignam paupertatem.

4.
Sacro afflatus halitu
Ezechiel canebat,

5.
Aleph. vers. 2.
Exterior, heu! nimium
Pars maxima malorum
Nunc Urbis exterminium
Et Civium meorum,
Minxit me in carcerem,
In tenebras adduxit,
Cui nec per ruptum astren
Lux oculis illuxit.

6.
Aleph. vers. 3.
Non interruptim vapulo,
Palmas impactas fero,
Tetro clausus ergastulo
Catenas vinctus gero,
Tantum die continuo
In me flagellom verius
Et verbere assiduo
Manum suam converto.

7.
Beth. vers. 4.
Ærumnæ, robur corporis
Carnemque consumpsit
Famus,

James, plagæque, funeris
Instar, me confecere,
austa pellis aruit
Ut uter in pruina,
Calor, calor, evanuit
Et ossium sagina,

Fugamque habitatio
Solutior suaderet,
Sepivit omnem tramitem,
Murumque excitavit,
Meumque nervo compedem
Majore aggravavit.

8.

Beth. vers. 5.

gyro *meo aggerem*
Circum edificavit,
In profundum carcerem
Mersum præcipitavit,
Dixit amaritudine,
Circumdedit labore,
Declosit lassitudine,
Et felleo dolore.

9.

Beth. vers. 6.

trofunda in voragine
Captivum collocavit,
horrida caligine
Me tenebrarum stravit,
pultus ante funera
Quasi æternitatis
sturus antro tempora
Duris plectendus fatis.

10.

Ghimel. vers. 7.

aptivo ne occasio
Liberior faveret,

11.

Ghimel. vers. 8.

Nec aures meis precibus,
Nec aditus favebant,
Meis rimæ clamoribus
Nec minimæ patebant,
Orationem supplicis
Pro Populo exelusit,
Sed justi pena Judicis
Deus questo obtrusit.

12.

Ghimel. vers. 9.

Omnes vias, & aditus
Obstruxit, & ingressus
Omnis ad me prohibitus
Forinsecus accessus,
Sectis arte lapidibus
In quadrum fabricatis
Inclusit me, liminibus
Portisque obseratis.

13.

Daleth. vers. 10.

Silvestribus insidians
Ut prædis Ursus furit,

A a

Non

Non se cruore satians
Magis in cædes prurit,
Ut leo in absconditis
Erumpit in arenam,
Sic famâ, rebus perditis,
Poscor in lanenam.

Non in caput, nec tibias
Nullo ferro munitas,
Sed in renes, arundinu
Gravissimo inflitu,
Ad ima, velut fulminis
Se penetravit iœtu.

14.

Daleth. vers. 11.
Subvertit meas semitas,
Quas fugæ apparabam,
Et interclusit orbitas
Quas elanculum quære-
bam,
Me quasi in mortario
Confregit & contrivit,
Et veluti cellario
Clausum, antro sepivit.

15.

Daleth. vers. 12.
In me, ut teliter minum
Arcum suum tetendit,
Nervumque arcus vinculum
Dextrâ tractum extendit,
Et me in signum jaculi
Metamque designavit,
Suique cannam spiculi
Excussam evibravit.

16.

He. vers. 13.
Misit pharetre filias
Patris arcus, sagittas,

17.
He. vers. 14.
In risum omni populo
Sum factus insultanti,
Plebique meæ scandalo
Probróque petulantia
Toti sonabant canibus
Carminibusque dies,
Nec à convitantibus
Afflicto data quies.

18.

He. vers. 15.
Spretum illusionibus
Affectum maledictis,
Me amaritudinibus
Replevit felle tinctis,
Cibavit colocynthide,
Absynthio potavit,
Et myrrhina promulside
Potum inebriavit,

19.

Vau. vers. 16.
Per ordinem molentiam
Et numerum meorum

gina facta dentium
Edendo excusorum ,
am panibus immiscuit
Arenulas pistrinum ,
In Oris mei corruit
Confractum molendinum .

Et veluti torrentibus
In unum me profusis ,
Dixi : spes mea periret
Vitæ mox ruituræ ,
Finis meus interiit
Mortis brevi futuræ .

20.

fame quid crudelius ?
Magisque alienum ?
mure violentius
Sævitiaque plenum ?
illum quod animantium
In escam usurpavit ,
scenam & in prandium
Nutrire cibavit .

21.

Vau. vers. 17.
Ennulla , nullum gaudium ,
Et animæ pax nulla ,
me vitæ delitium
Evanuit ut bulla ,
teritorum omnium
Oblitus sum bonorum ,
memoriam , ut somnium
Excusit vis malorum .

22.

Vau. vers. 18
malis me prementibus
In caput hoc procusis ,

23.

Zain. vers. 19.
Quocumque in angustiis
Me verto , & revertó ,
Nulla spes est suppliciis
Ab omnibus deterto :
Tu solus es , qui suscipis
Ad Te confugientes ,
Nullösque , Deus , despicias
Et supplices & flentes .

24.

Memento quofo Pauperis ,
Afficti , desolati ,
Et recordate sceleris
A meis perpetrati ,
Fidem , & jus frangentibus
Infidis Solymitis ,
Immane fæcientibus
In me Anathothitis .

25.

Sed & amaritudinis ,
Absynthii , & felis

A a 2

Mo-

Memento , & formidinis
 Quam tuli fractus bellis,
 Una hausi amythide
 Fæces miseriarum ,
 Propinante Tyrannide
 Diotam lacrimarum.

26.

Zain. vers. 20.
 Meam , meique populi
 Dum penso vastitatem ,
 Et hactenus , quam pertuli
 Vitæ calamitatem ,
 Instar ceræ , sub Syrio
 Mea mens colliquescit ,
 Jugique sub suspirio
 Et fletibus tabescit.

27.

Zain. vers. 21.
 Inter tot fustuaria
 Cùm memini plagarum ,
 Et recolens memoriam
 Elenchos ærumnarum ,
 Resumo spem clementiae ,
 Fidemque gratiarum ,
 Fructumque pœnitentias
 Justitium pœnarum.

28.

Heth. vers. 22.
 Quòd non in terræ pulverem ,
 De quo sumus compacti ,

Originisque cinerem ,
 Nostræ simus , redati
 Hoc Tua miseratio ,
 Hoc favor Bonitatis
 Hoc meritæ placatio
 Fecit severitatis .

29.

Magna namque Clementia
 Iræ Tuæ medetur ,
 Nec sinit , ut justitia
 Ferro prædominetur
 Tuæ Misericordia
 Reo non defecerunt ,
 Nec veniæ , nec gratiæ
 Preçanti defuerunt .

30.

Heth. vers. 23.
 Vita novi diluculo
 Primo mane ætatis ,
 Tuæ doctus oraculo
 Sidus Benignitatis ,
 Novi hoc Tuæ lumine
 Jam puer illustratus ,
 Me tuæ cùm es Numine
 Eligere dignatus .

31.

Quin novis quoque solibus
 Cælo diluculante
 Novis me beas dotibus
 Donisque , nîl sperante ,

gornas beneficiis
Novis semper oblatis,
prævenis me gratiis
Gratis ingrato datis.

32.

semper & splendidi
Dies exoriuntur,
veni, lati, roscidi,
Bonis fatis voluntur,
ix sol dignatur lumine
Planicem terrarum,
mlargo roris temine
Das manna gratiarum.

33.

Te tibi confidimus,
Tua non fallit fides,
In solus fidelissimus,
Qui miserando vides
Iborum pénitentiam,
Vitæ necessitates,
másque patientiam
Inter adversitates.

34.

Heth, vers. 24.

Onores & divitias,
Quivolet, consequentur,
uxas mundi delicias
Ergaudia venentur,
mni sollicitudine
Rejecta, SOLUS DEUS

In mentis ægritudine
Est consolator meus.

35.

Hic mea est tranquillitas
In persecutione,
Hic mea est hæreditas
In devestatione,
Hic mea est jucunditas
In tribulatione,
Hic solus mea suavitas
In desolatione:

36.

Pars mea solus Dominus,
Et meum omne bonum,
Afflictionum terminus,
Solatiorum donum,
Merces in patientia,
Et præmium doloris,
Judex in Innocentia,
Teltis mei mœroris. * la-
boris:

37.

Teth, vers. 25.
Tu summa, Deus Bonitas
In Tuos liberalis,
Tu animæ Tranquillitas,
Quies in cunctis malis,
Tu D̄os in Te sperant̄ bus,
Salutis certudo,
Tu meta Te quærentibus,
Vitæ Beatitudo.

Aaz

83. Teth,

38.

Teth. vers. 26.

Bonum est cum silentio
Salutem praestolari,
Nulloque maleficio
In questus excitari,
Sed in mentis malacia
Modestum exspectare,
Donec caelestis gratia
Suum det Salutare.

39.

Teth. vers. 27.

Bonum adolescentiae
Dei jugum tulisse,
Aduetum non nequitiae
In crimen deflexisse,
Magnis calamitatibus
Cervicem subiecisse,
Et in adversitatibus
Impavidum stetisse,

40.

Iod. vers. 28.

Sedebit solitarius,
Vir, moestus & tacebit,
Noxas, quas temerarius
Commisit, flens dolebit,
Agnoscet, quanti fuerit
In Dominum peccasse,

39.

Teth. vers. 27.

Bonum adolescentiae
Dei jugum tulisse,
Aduetum non nequitiae
In crimen deflexisse,
Magnis calamitatibus
Cervicem subiecisse,
Et in adversitatibus
Impavidum stetisse,

40.

Iod. vers. 28.

Sedebit solitarius,
Vir, moestus & tacebit,
Noxas, quas temerarius
Commisit, flens dolebit,
Agnoscet, quanti fuerit
In Dominum peccasse,

41.

Et quam ferò puduerit
A Deo deviisse.

Sedebit Poenitentia
Affictus & contritus
Tacebit affluentia
Malorum appetitus,
Nam prona plaostro tempore
Iugóque colla stravat
Et clittellarum onera
Super se se levavit.

42.

Iod. vers. 29.

In terræ ponet pulvrem
Os suum humi stratus
Præsumet nec erigere
Vultum humiliatus,
Agnoscens sui cineris
Ortusque vilitatem,
Ut vel sic sui sceleris
Legat impuritatem.

43.

Iod. vers. 30.

Hac spe percutientibus
Sponte dabit maxillam,
Nudabit saevientibus
In se flagris axillas,
Satur convitantium
Opprobriis affectus,

Ceu foret convivantium
Lautitiis repletus.

44.

Caph. vers. 31.

Gaudebit in verberibus
His Patrem veneratus,
Durabit in doloribus
Excoctus & probatus,
Scit enim Patris ferulam
Ad mortem non ferire,
Non hostis esse tribulam
Volentem nos perire,

45.

Scit, quod non plectens sæ-
viat
Æternum, ut tyrannus,
Nec dignè noxis puniat
Irati Patris manus,
Cattigans, cor non exuit,
Paterno nec amores,
Sed feriendo arguit
Nos tro in se errores.

46.

Post hyemes, post nubila
Dirasque tempestates,
Dat rursus mentis jubila
Vultus serenitates,
Post luctus, questos, tædia,
Post imbræ lacrimarum,
Dat oscula, dat gaudia,
Ceu Fontes deliciarum.

47.

Caph. vers. 32.

Licet frontem induerit
Severam caperatus,
Et crucibus terruerit,
Cædes, mortes, minatus,
Secundum multitudinem
Misericordiarum
Abjecit, memor, neminem
Suarum gratiarum.

48.

Caph. vers. 33.

Cui proprium est parcere,
Cui primum misereri,
Invito reos plectere
Pœnisque exerceri,
Licet humiliaverit,
Dolens humiliavit,
Natos repudiaverit,
Gemens repudiavit.

49.

Non est pena, ut perimat.
Sed consulat saluti,
Ægrotum non exanimat
Vulnus inflictum cuti,
Mitis & mollis medicus
Mortem accelerabit,
Galenicus aut Chymicus
Per vulnera sanabit.

50.

Lamed. vers. 34.

Non conteret sub pedibus
Et vincetos, & subjectos:
A a 4 Laurus

Laurus pressa ponderibus
Ramos levat erectos,
Ut roborentur fortius:
Sic Uva torculari.
Liquorem fundit dulcius
Cum sinit se calcari,

53.

Lamed. vers. 35.

Nulli negat judicium
Justitiaeque lances,
Nec legis patrocinium
Condemnet ut veraces;
Declinat nec sententiam
Justae causae faventem,
Nec supplici clementiam
Viro jus approbantem,

54.

Lamed. vers. 36.

Pervertat in judicio
Iniquo non auditum?
Ut judicantis vitio
Jus fiat impeditum?
Ruataque legis sanctitas
Et Dominus ignoret?
Officiat iniquitas,
Ut miser pressus ploret?

55.

Hæc voluntate Numinis
Ceu facta, non jubente,

Sed ut ignari fulminis
Annunti consequenter
Nam Arbitr Altissimus,
Qui cunctos intuetur,
Suos, judex justissimus
Ne pereant, tuerit,

56.

Mem. vers. 37.

Ferit: quis ausit dicere
Hæc Deo non jubent
Fortunæ sic accidere
Fatigataque sic regent
Ferit: ferire simulans
Ut consulat nocenti,
Ut figat, ceu dissimulans
Dolorem poenitenti-

57.

Mem. vers. 38.

Cujus: nisi stultissimi
Sensus, & vox dicent
Ex ore quod Altissimi
Mundi molem regent
Adversa nec, nec prospera
Mortalibus confidunt
Sed mala, bona, dexteræ
Sinistra, casu dentur

58.

Mem. vers. 39.

Quid ructat homo murmur
Vivens, accusans Fatum

Quid cœlos, polos, sidera
In crimen perpetratum?
Quis Numinis clementiam
Ausit convitiari?
Et imparem sententiam
Pronoxis irrogari?

57.

Nun. vers. 40.

Ad cotem conscientias
Ad limam affricari,
Exactæ intotentias
Vitæ examinari,
Nostras vias & semitas
Oportet perscrutari,
Et Numinis ad orbitas
Errantes revocari.

58.

Nun. vers. 41.

Manus ad Deum supplices
Et corda sublevemus,
Hujus ad aram mancipes
Mentes sacrificemus,
Latebras conscientiæ
Clausas examinemus,
Dignosque poenitentias
Fructus multiplicemus,

59.

Nun. vers. 42.

Isiqua perpetravimus
In Tuam majestatem,

Sine fronte peccavimus
In Tuam Bonitatem,
Ad iram provocavimus
Culpatis formidandam,
Hinc frustra imploravimus
Opem, non impetrandum.

60.

Samech. vers. 43.

Cùm furor exardesceret
In nos exacerbatus,
In plagas effervesceret
Ferire nos paratus,
Ne deprecantem cerneret,
Vultum operuisti,
Ne supplices admitteres.
Aures obsepi visti.

61.

Fixum fuit occidere,
Et fontes occidisti:
Nulli reorum parcere,
Et nulli pepercisti:
Litare nos justitiae
Statum, ratumque fuit,
Nostratis hinc malitiæ
Sub ente causa ruit.

62.

Samech. vers. 44.

Te inter & nos, nubium
Velamen obduxisti,

A a 5

E

**Et veluti tentorium
Te super occlusisti :
Clamantis ne oratio
Aures Tuas feriret ,
Frustrata sic petitio
Suo fine , periret;**

63.

**Samech. vers. 45.
Ut menda de codicibus
Aut tabulis raduntur ,
Aut arbores radicibus
Evulsis evertuntur :
In medio sic populi
Eradicationem.
Me posuisti , scandali
Turpem abjectionem.**

64.

**Phe. vers. 46.
Me super , ora , grandibus
Hiatibus panderunt ,
Et explicatis dentibus
Hostes me deriserunt ;
Instar Leonum vulnera
Mortésque sunt minati ,
In mea proni funera
Ut lupi acerbat.**

65.

**Phe. vers. 47.
Quid sancta vaticinia
Prophetis profuere ?**

**Hæc odii seminia
Mortésque genuere :
Hæc laqueos , haec compedes
Hæc cippos peperere ,
Hæc in cervicem chalybs
Metendam acuere.**

66.

**Phe. vers. 48.
Quid nisi scaturigines
Et fontes liquatorum
Per mei vultus elices
Deducam oculorum ?
Contritione Filiae
Meæ gentis afflitos
Ejusque contumelias
Doloribus attritus ,**

67.

**Ain. vers. 49.
Visse provolventibus
Nat oculus fluentis ,
Nec quidquam occultantibus
Dolorem conamentis ,
Clausâ cordis supplicia
Tacere imperitus ,
Cui nec quies , nec otia
Nec vitæ appetitus .**

68.

**Ain. vers. 50.
Donec de cœl culmine
Nos Dominus nostrarum ,**

Misertus suo lumine
Respicere plagarum,
Aspectibusque mitibus
Iram suam leniret,
Paternis & affectibus
Afflictis subveniret.

69.
Ain. vers. 51.

Meus hic fecit oculus
Et prædam & rapinam,
Et factus velut scopulus
In animæ ruinam:
Mare fuere lacrimæ,
Palpebrae litus dabant,
Hi fluctus navim animæ
Continuè jaæabant.

70.
Histempestatum fluctibus,
His imbrum procellis,
Et folibus & noctibus
Volvebar; pro Puellis
Et Filiabus Solymæ
Urbis meæ abactis
Ab hostibus, ut victimæ,
In lanienam tractis.

71.
Abducto gemens crucior
Casto in servas choro,
Cum magna passis, patior,
Plorantibus comploro,

O Filiae Sionidæ
Mei fontes doloris,
Nunc luridæ, nunc squalidæ
Verni Reginæ floris.

72.
Vos me vigore spiritus
Et vitæ spoliastis,
Vos animæ radicatus
Vires attenuastis,
Fecistis me tabescere,
Et pœnè interire,
Cordis succum arescere,
Et in vappam abire.

73.
Sade. vers. 52.
Ut auceps locat pedicas
Virgas visco perunctas,
Et aves addit musicas
Ad oscinum instructas,
Et volucres insidiis
Lusæ irretiuntur,
Et circumventæ liciis
In caveas clauduntur.

74.
Aut ut feras in dagine
Cinclus capit venator,
Sic ferreo munimine
Judæus me Dictator,
Gratis nullius consciū
Aut complicem reatus.

Vinxit,

Vinxit, culpæ innoxium
In carceris hiatus.

Me desuper humoribus,
Et pœnè demerserunt.

75.

Sade, vers. 52.

In lacum diri carceris,
In barathrum profundus,
Vestibulumque funeris
Mibi mox subeundi.
Vita plena angustus
Est lapsa & sepulta:
Sic Deus pro vaticiniis
Ingrata se est ulta.

76.

Nec satis erat cavea
Ut volucrem clausisse,
Et abyssali fovea
Ut feram constrinxisse.
Sed laci orificium
Saxo opilavere,
Et lapidem ad ostium
Prægrandem advolvere.

77.

Sade, vers. 54.
In hac caverna terrea
Aqua guttas itillante
Catenæ vinclitus ferreæ
Antro, * limo stagnante,
* luto
Caput meum cadentibus
Aqua inundaverunt

78.

His pressus tempestibus
Hem perit! clamabam,
Fractus calamitatibus
De vita desperabam!
Pigebat enim vivere
Tam miserè viventem,
Et mortem præelligere
Optabam imminentem

79.

Coph, vers. 55.

Sed, ceu de profundissimo
Somno evigilavi,
Nomen Tuum novissimo
De lacu invocavi,
Nomen Tuum quod saepius
Me juvit appellatum!
Nomen quo nil potentius
Et Orbi cælo datum,

80.

Coph, vers. 56.

Audisti vocem supplicis
Audisti me precantem!
Audisti fundo carceris
Ab imo invocantem!
Nam Tu, qui auris toruisti
Te supplicantes audisti!

Tunculus, qui purus es,

Hunc nulli prelio claudis.

84.

81.

Audi! ne aurem subtrahe!

Audi lingultientem!

Qui Tui vocem Abrahæ

Audisti Te petentem!

Audi pro Tuis legibus

Zelantem & amantem!

Et referatis auribus

Exaudi me clamantem!

Qui me vatem convitiis
Et gentis impostorem,
Falsoquum mendaciis
Et fraudis inventorem,
Sunt insectati Solymæ,
Redemptor Tu egisti,
Meæ Patronum animæ,
Et causam judicasti.

85.

Res. vers. 59.

Quæcumque sunt in homine
Occulta, manifesta!
Tu perscrutaris Domine,
Te nulla latent gesta,
Vidisti quâ calumniâ
Memei affecerunt?
Vidisti probra omnia
Quæ in me conjecerunt?

86.

Gentis ingratitudinem,
Plebis iniquitatem,
Adversum me libidinem
Iræque cæcitatem?
Nunc judica convitum
Tot Sannis cumulatum,
Et populi judicium
Injustè in me latum.

87.

Res. vers. 60.

Vidisti quâ irruerit
In me immanitate,

Vidisti

- Vidisti quā sævierit* *Hæc in mei composit*
In vincum feritate: *Reatūs argumenta.*
Quidquid Livor, invidia, *91.*
Furorque præcepis cudit,
Hoc populi perfidia
In unum me profudit. *Sin. vers. 62.*
Ausa execrabilia
Et machinationes,
Eorum & consilia
Et cogitationes,
Adversum me tyrannica
Plusquam severitate,
Gens egerit Hebraica
Ferox crudelitate. *Labra convitantium*
88. *Livore venenata,*
Sin. vers. 61. *Commenta mentientium*
Audisti & opprobria
Cauteriatæ mentis,
Vidisti & ludibria
Seditiosæ gentis,
Audisti contumelias
Ceti pila, tela, hastas,
Audisti & calumnias
Arcu linguae vibratas. *Adversum me jurata,*
90. *Et in me insurgentum*
Audisti quæ judicia
Adversum me sint causa,
Quæ poenæ, quæ supplicia
Ex odio coneluſa,
Impietas quæ potuit
Contexere ſigmenta, *Linguaſ felle ſtillantes*
92. *Audisti, & furentium*
Sin. vers. 63. *Voces necent spirantes*
Vide Vindex Justitiae
De throno Majestatis
Et Judex Innocentiae
Opus iniquitatis!
Quanto deludant studio
Mei perditionem,
Quanto meam tripudio
Agant abjectionem. *93.*
94.

94.

Mémentis fævitiem
Et resurrectionem,
Meam & in perniciem
Eorum sessionem !
Sum instantibus, sedentibus,
Euntibus invitus,
Sum fabula psallentibus
Ludentibusque risus.

95.

Thau. vers. 64.

In hoc meo discrimine
Vitæ calamitate,
Reddes vicem Domine
Pro tanta feritate !
Tuum reddes in pondere,
Reddes & in mensura,
Reddes eis cum fœnore
Injusta pro censura.

96.

Iudices secundum opera
Jus manuum suarum,
Iudices secundum scelera
Mercedem ærumnarum,
Iudices aquâ justitiae
Staterâ talionem,
Reddes diu malitiæ
Dilatam ultionem.

97.

Thau. vers. 65.

Dabis eis supplicium
Afficti scutum cordis,

Dabis eis exitium

Optandæ votum mortis,
Dabis eis angustias
Et desolationes,
Dabis eis misellias
In desperationes.

98.

Dabis inquietudines
Mentis deliramenta,
Dabis solicitudines
Et animi tormenta,
Reddes afflictionibus
Par, maledictiones
Reddes illusionibus
Par, execrationes.

99.

Thau. vers. 66.

Justo Deus judicio,
Iusto iræ furore,
Hos argues supplicio
Et gladii rigore,
Tardo & pede plumbeo
Nocentes persequeris,
Ast brachio Chalybeo
In eos vindex eris.

100.

Vindex rebelles conteres
Ut lotum platearum,
Acta, agendis conferes
Causarum censendarum,
Calo teste, sideribus
Spectantibus vindictam,
Et pœnam pro sceleribus
A Te justè inflictam.

CAPUT.

CAPUT QUARTUM

SYNOPSIS CAPITIS.

Primò Rupertus & Hugo putant hoc capite Jeremiam plangere excidium Hierosolymæ per Titum & Romanos, quia ejus causam affert v. ult. Scilicet quod Christum occiderint. Secundò Hebræi Lyranus, Dionys. putant eum plangere necem Iosiae optimi Regis quæ fuit causa ruinæ & excidii Iudeorum: quia ei cesserunt impii filii, qui sua impietate Remp: eveniunt: & sic: v. ult: per Christum accipiunt Iosim. Tertiò Paulus Burgensis, censet Prophetam plangere templi & cultus divini eversionem. Quartò ventimilius Theodorus, Hugo, Bonaventura, Dionys. sententia eum lugere lapsum Urbis & Templi, ac totius populi, præsertim nobilium Iuvenum v. 2. Lactentius v. 3. Nazaræorum v. 7. mulierum coquentium filios. 10. ex statu tam felici, in tam miserum & infelicem: idque primò & propriè per excidium Chaldaeorum, inde per excidium Romanorum. Inde v. 20. obiter volat ad Christum: ac v. 21. Cladem minatur Idumei, ac Iudeos spe melioris sortis consolatur. Tropologus deplorat lapsum animæ fidelis, & ruinam per peccatum, quæ multò miserabilior est clade Hierosolymæ.

I.
Aleph. vers. 1.
Heu me! quam tristi ter-
reor
Rerum metamorphosi!
Hanc fari, tremens verentur
Apta hypotypoli!
Quam nulla mens concipere
Nec os enunciare,

Nec penna valet scribere,
Nec dolor explicare;

2.

Pallenstremo, arundinis
Initar lacu fluentis,
Aut fluetu navis, fluminis
Marisve pulsæ ventis,
Cor flaccet! riget animus
Attonitus stupore,
Hæret lingua, & calamus
Siccatur amarore.

3.

Quanto Magnum criminè
Numen exacerbatum,
Ulo fine discriminè
Ia pœnas obfirmatum,
Manu extendit vindicem
In populi ruinam,
Servom plectens & Principē
Urbemque in rapinam?

4.

Qui templum cœli æmulum
Auro irradiatum,
Ulo orbis miraculum
Ubique diffamatum,
Raro metallo splendidum,
Gemmisque pretiosum,
Vastatum igne, luridum
Fumoque est umbrosum?

5.

Arum carbonem induit,
Et anthracem argentum,

Gemma in lutum sorduit,
Et lapis in cæmentum,
Mutatus color optimus
Tam nobilis metalli,
Faetus pulvis viliissimus
Sub ungula caballi.

6.

Gemmæ, torques, monilia,
Sacræ veitis ornatus,
Magni RATIONALIA
Splendor Pontificæ,
Armillæ, spiræ, annuli,
Et mitræ, & tiaræ,
Sunt præda facta populi
Destructi, foci, aræ.

7.

Et Lapidæ, gregarii
Satellites turmarum,
Sparserunt sanctuaris
In fronte platearum,
Sancta sanctorum pedibus
Prophanis conculcantur,
Et adyta parjētibus
Collapsis revelantur.

8.

Beth. vers. 2.
Flos Iuventutis, Inlyta
Progenies Sionis,
Pubes, ætate Florida
Formosi Ablalonis,
Crine Scintillans aureo
Auróque primo cincta,

Bb

Vultu

Vultu candens eburneo
Et labra rosistincta.

9.
Heu! quomodo tam nobilis
Tam comis pulcritudo,
Est facta despicabilis
Et Urbis turpitudo?
Ver illud vitæ floridum
Delitium ætatis,
Est torpe, foedum, luridum
Portentum vanitatis?

10.
Hæc illa vasæ aurea
Gemmisque pretiosa,
Mutata sunt in teste,
Et vascula lutoſa?
In trullas manu ſigilli
Fictas, refictas, fractas,
Ac demum instar fabuli
In pulverem redactas?

II.
Ghimel. vers. 3.
Crudeles feræ lamia
Mammas denudaverunt,
Delertis in Arabiæ
Et natos lactaverunt,
Et in solitudinibus (a)
Lac catulis dederunt
Dracones, ab überibus
Qui matrum pependerunt.

I 2.
An Sævior Draconibus
Et feris Africanis?
Silvestribusque canibus
Et Syriæ Hyænis?
Sit meæ gentis Filia
In fuos ferox natos?
Excors, ausa crudelia
Mater in trucidatos!

13.
Ausa mucronem mergens
In jugulum fuorum?
Et miserandum cernere
Agonem Eliorum?
Nollis immadescientibus
Luminibus dolore?
Ad grande crimen sentibus
Nullo tactis dolore!

14.
Omnémne mentem exuit
Et sensum rationis?
Ergóne duram induit
Naturam Struthionum?
Qui, quos per ova peperit
Exclusos in arena
Neglectos pullos defecit
Ceu probra aliena?

15.
Daleth. vers. 4.
Infanti mater überum
Expectorat mammilla,
Jam de

(a) Philestr. apud Cornel. (b) Cornel. Ibi.

Et adarentes puerum
Insinuat papillas,
Hic nil lugendo proficit,
Cùm latex desit fonti,
Sed matris premens, deficit,
Osori, frontem fronti.

16.

Anhelat succum parvulus
Hiante siccus ore,
Sed nullus stillat rivulus
Amisso sinu rore,
Labella rigent pallida
Ad uberum canales,
Trahuntque siti arida
Singultus mortuales.

17.

Adhaesit lingua pupuli
Laetensis ad palatum,
Etepiglottis juguli
Ad guttur exsiccatum,
Cum morte luētans anima
Cùm vellet flens migrare,
Non erat unde lacrima
Se posset elquare.

18.

Tenella turba, parvuli
Annis solidiores,
Ætate bimi, trimuli,
Quadrimuli majores,
Jam nocti crostam mandere
Expetierunt panem,

Nemo erat qui frangere
Per tantam vellet famem.

19.

He vers. 5.

Voluptuosis epulis
Affueti convivari,
Et pretiosis poculis
Ad luxum satiari,
Die noctes jungere
Prandendo & cœrando,
Jentacula præmittere
Merendis coronando.

20.

Hi Persica paropside
Sumptaque impinguati
Grandi famis tyrranide
In monstra deformati,
Ad naufragium quos saties
Impleverat ciborum,
Hos miseranda macies
Extenuat membrorum.

21.

Umbrarum instar ambulant
Pallore luridarum,
Fragmenta panis supplicant
Et cymbium aquarum,
Nec haec dantur famelicis,
Hinc siti corruentes
In viti passim pubucis
Exspirant fitientes.

B b 2

20. Qui

22.

*Qui croceis, & cocceis
Nuper nutritiebuntur,
Argenteis & aureis
Pallis vestiebantur,
Pro Coa veste stercora
Lutumque amplexati,
Et ut fetosa pecora
Fimeto volutati,*

23.

Vau. vers. 6.

*Fœtor cælum ascenderat,
Libidinum mephitis,
Et clamor increbuerat
A reis Sodomitis,
Movere cælos crima
In meritam vindictam,
Pluentes Sulphur, fulmina
In gentem maledictam.*

24.

*Magna fuit calamitas
Pentapolis crematæ,
Horribilisque vastitas
Urbis incineratæ,
Ast nulla pœnæ paritas
Noxis Sodomitarum,
Quam patitur iniquitas
Culpæ, Solymitarum.*

25.

*Prægnantes nimbi sulphure
Et ignium torrentes*

26.

*Bihorio vix tempore
In cædem irruentes,
Fudere picis pluviam
Brevi Urbis lamento,
Excidii tragædiam
Claudentes in momenti*

26.

*Ut alta cedrus Salices
Et Platanus genistas,
Pusillas palma carices
Et Populus aristas,
Oceanus ut flumina,
Et hæc excedunt fonte*

*Pygmæa terræ culmina
Calpe, Pindusque montes*

27.

*Sic Solymæ calamitas
Excedit Sodomorum,
Cui nulla par est gravitas
Nec numeros malorum
De hac nil dignum dicere,
Tantum licet stupere:
Angi, tristari, gemere,
Queri, dolere, flere*

28.

*Urbis hujus mæstias,
Dolores, & terrores,
Agones, & angustias,
Et mortis anarores,
Non unus solis circulus
Orbem perambulantis*

Nec Lunæ fixit oculus
Noctis faces lustrantis.

29.

Longa Urbis vallatio
Exercitūs Chaldæi,
Murorum expugnatio
Montisque Sionæi,
Fames, fitis, vastatio,
Plagæ, cædes, rapinæ,
Constans fuit afflictio
Jugis carnificinæ.

30.

Sodomæus clibanus
(Accensa cælo pyra)
Diei fuit terminus,
Quo Dei sœvit ira,
Hic nulla manus hostica
Peccantibus vim fecit,
Nec mancipes vulnifacia
In vincula conjecit.

31.

In extensam Solymæ
Excidii ruinam,
Tormenta quot, quot lacri-
mæ
Malorum in sentinam
Innam fluxere: omnium
Scopum miseriarum,
Veluti compendium
Cunctarum ærumnarum.

32.

Zain. vers. 7.

Hoc periit exitio
Decoris flos Hebræi.
Candidiores lilio
Niréque Nazarei,
Amænis grati vultibus
Laetæ nitidiores,
Super ebur rubentibus
Saphiro pulchiores.

33.

Passis devoti crinibus,
Ut sacri Deo sponsi,
Nullis tacti forficibus
Novaculâque tonsi,
Amicti veste byssina
Argento picturata,
Et zona hyacinthina
Cincti, auro striata.

34.

Hæc illa vultus raritas,
Augusti splendor oris,
Hæc corporis amcenitas
Et gratia coloris,
Hæc laetæa formositas
Eburnea venustas,
Hæc nivea hilaritas
Saphirna majestas.

35.

Heth. vers. 8.
Versa in turpitudinem,
Abominationem,

bb 3

In

In fumeam nigredinem
Contaminationem,
Super carbones , facies
Eorum denigrata,
Pulcraque frontis species
In Maurum deformata.

36.

Nullo , virgo cæsaries ,
Tonsore violata ,
Et cincinnorum acies ,
Forficibus vastata
Sordet, sine discriminē
Fœdis plicis implexa *
Sine lege & ordine
Neglecta & impexa.

37.

Sacrorum cultus vestium
Et corporis ornatus ,
Par gausapæ agrestium ,
Aut vilis mancipatus ,
Nullum inter gregarios
Discrimen est Judeos ,
Et inter honorarios
In vicis Nazaræos.

38.

Non sunt in foris cogniti ,
Nec agniti plateis ,
Mœrore , planctu luridi
Flentes in propylæis ,
Exhausti fame , corticis
Instar , cuterigentes ,

* Plices sunt morbus capillaris.

Exsucci , instar pumicis
Aquaæ siti arentes,

39.
Adhaesit cutis offibus
Pænè emedullatis ,
Membris cunctis torpentibus
Nervis succo privatis ,
Et quasi lignum aruit
Pellis emaciata ,
Et virium contabuit
Virtus mortificata.

40.

Teth. vers. 9.

Felices , furor hostium
Quos morti immolavit
Quos mucro saevientium
Armorum jugulavit ,
Ah melius ! ah satius !
Fuit ferro enectis ,
Malesuadæ crudelius
Quam fame intercessit.

41.

Felices fuso sanguine
Qui strati perierunt ,
Quid , famis magnitudine
Sit premi , nesciérunt
Qui siccii instar funeralis
Vivi extabuerunt ,
Et in morem cadaveris
Consumpti putruerunt.

42. Nulla

42.

Nulla belli crudelitas
Tanta immanitate,
Agrorum ut *sterilitas*
Annonæ charitate
Sævit, furens in corpora
Humana & ferina,
Hortos, prata, & nemora
Dum decoquuit pruina.

43.

Iod. vers. 10.

Quid unquam horribilius
Sol arbiter spectavit?
Improbus, immanius,
In Orbe toleravit?
Quin protinus occuleret
Sub atra nube lumen,
Netantum testis cerneret
Aperto vultu crimen?

44.

Quidcam lamentabilius
Mens amens impiavit?
Quid dextera crudelius
Materna perpetravit
Unquam? fibimet impia,
Invisa, violenta?
Ut filios in prandia
Trucidet truculenta?

45.

Nullumne inter hominem
Et pecus est discrimen?

Ergon' naturæ ordinem,
Et fas transire limen?
Ergon' materna viscera
Parentes exuerunt?
Ergon' humana fœdera
Excordes disruperunt?

46.

Amor matrum exercuit
Tyrannidem natorum,
Misericordes docuit
Dolor, cædem suorum,
Magis pium recondere
Credentes in se natos,
Quam longa fame cernere
Sitique cruciatos.

47.

Major fuit calamitas
Videre sic perisse,
Minor fuit improbitas
Coxisse & edisse:
Sic idem matris uterus
Qui vivos mundo dedit,
Defunctis rursum tumulus
In sepulturam cedit.

48.

Hanc populi contritio
Abominationem,
Longa fecit afflictio
In desolationem,
Ut citius eriperet
Longæ per cædem morti,
Finemque morte faceret
Tam miserandæ sorti.

bb 4

49. Nu-

49.

Caph. vers. 11.
 Numen ad hanc supplicii
 Catastrophen coëgit
 Ingens moles flagitii,
 Quam populus collegit
 Suo rebellis Domino:

Complevit hinc furorem,
 Pleno mensuræ termino
 In mortis amarorem.

50.

Complevit: & ut fluvium
 Suam effudit iram
 In scelerum diluvium:
 Arcemque velut pyram
 Flammis Sion ultricibus
 Incendit, munimenta
 Vastavit diris ignibus,
 Voravit fundamenta,

51.

Lamed. vers. 12.
 Cuscumque nota mænia
 Robusta Solymarum,
 Suggestus, & proscenia
 Muralium fossarum,
 Quadro firmata marmore
 Turres fastigiatæ,
 Miroque artis robore
 In petram solidatæ,

52.

In gyrum ambientia
 Ut his substructiones

Vasta mole, ingentia
 Castella, legiones
 Solo suo munimine
 Hostiles propulsura,
 Castrisque fortitudine
 Vim omnam elusa,

53.

Qui viderit miracula
 Regalia murorum,
 Stupenda propugnacula
 Portentaque vallorum,
 Intra muros pomceria
 In ordines dimensa,
 Dicit: Orbis Imperia
 In Urbem hanc impensa

54.

Quæ? quanta? qualis? postius?
 Et fabrica portarum?
 Insultus impotentium
 Fractura balistarum?
 Ruptura & arietes
 Et machinas curules,
 Quas hostis in parietes
 Immitteret murales,

55.

Vis nulla, nec potentia
 Visa debellatura,
 Arte firmatam Martiâ
 Imperviam naturâ
 Hanc molem; hinc ludibria
 Sunt visa Chaldæorum,
 Iactantium opprobria,
 Minas, & vim armorum,

56. Deli-

56.

Deliria sunt Regibus,
Principibus, Dynastis,
Et joca sacerdotibus
In saxonem obstinatis,
Et creditæ affaniae,
Et fabulæ aniles,
Et populo infanæ,
Fucique pueriles.

57.

Hud orbis prodigium?
Sedes securitatis?
Hoc populi præsidium
Sit fax captivitatis?
Hoc Regum diversorum
Thronus felicitatis?
Hoc gloriæ emporium
Sit scopus valetatis?

58.

Nulla vaticinantibus (a)
Data fides Prophetis,
Et vera prædicentibus
Divinis è Decretis.
Illi Dei conscriperat
Quæ fata, Jeremias,
Ros joathan cremaverat
Et libros, Sedecias,

59.

Illa putata omnia
Prædicta in ruinam,
Prophetarum somnia
Reis in medicinam,

(a) Hugo.Rupertus. S. Thomas apud Cornel: ibid.

Iussit Deus quæ pandere,
Ut mala præcaverent,
Ut docti possent plangere
Cautique pœniterent.

60.

Nec Principes, nec Populi.
Nec Reges crediderunt,
Omnes cædis increduli
Prophetas deriserunt,
Ut hostis Urbis mænia
Portasque subintraret?
Stulta visa est nænia:
Cui nemo fidem daret.

61.

Illam? Illam Ierusalem
Chaldæa gens delebit?
Cui totus Orbis similem
Nec vidit, nec videbit?
Arx illa, Sion, corruet
Tam sacra, pulcra, fortis?
Hostisque Templum polluet
Sanctis eversum portis?

62.

Mem. vers. 13.
Ruet: ibit in cineres
Urbs, Arx, Templum ex-
ultum:
Rupet fossarum aggeres
In unum cadent bustum:
Propter Pseudo - flagitia
Et culpas - prophetarum,
bb 5 Hæc

Hæc accident suppicia
Pœnæque æruminarum.

66.

Nun. vers. 14.

Iusta vindictæ fulmina,
Pleætentis irritârunt
Tot Sacerdotum crimina,
Quæ rei perpetrârunt,
Phassur, qui justum sanguinem (b)
Fundì à Rege fecit,
Et in mortis caliginem
Insontes tot conjecit.

63.

Hi, qui Manassis frameas
Egerunt in furorem,
Secures, tela, lanceas
Ut funderent cruentem,
Tot innocentes perderent,
In ore platearum,
Prohōsque ferro cæderent
In morem victimarum.

64.

Mystarum Hæc improbitas
Hanc fabam Urbi cudit,
Hæc, iras, cælo, meritas,
In Solymam effudit,
Hæc catapultas mænibus
Rumpendis applicavit,
Palatia hæc ignibus
Injeclis cineravit.

Tot innocentum sanguinem
Infamiter polluti,
Acti velut vertigine
Luminibus exuti,
Cæci per urbis compita
More Andabatarum,
Errârunt per incognita
Palpantes platearum.

67.

Exosi, execrables,
Ab omnibus contempti
A quibus inculpabiles
Iustique tot perempti,
Quos tortor conscientia
Et scelerum reatus
Vindex plecit, sententia
Sibi latâ damnatus.

68.

Errârunt mente perciti
Et velut entheati,
Urbe capta perterriti,
Afflitti, anxiati, (c)
Cæci. &c ob caliginem
Et sordes, & foetorem,
Immundi, propter sanguinem
Et funerum pedorem,

69.

Ne syrmate contingere
Cadaverum lurenem,

Affidu

(b) Sanchez apud Cornel. ibid. (c) Sanchez, apud Cornel. ibid.

Affrictu ne polluerent
Stolæ mundæ candorem,
Suas cauti lacinias
Levantes tenuerunt.
Netactu immunditias
Contraherent, caverunt,

70.
Samech. vers. 15.

Retedite, recedite,
Polluti, infamati,
Nec mundos nos inficite
Tabo contaminati,
Recedite, discedite,
Abito, clama verunt,
Nec veste nos contingite,
Quos culpæ infecerunt.

71.
Quæ rerum consternatio?
Quod chaos animorum?
Quæ Urbis perturbatio?
Confusio virorum?
Rixæ, clamores, jurgia,
Convitia furentum,
Et in cædes litigia
Minorum & Potentum.

72.
Hos, inter Gentes, mancipes
Abduci qui viderunt,
Heros, servos, municipes
Plorantibus dixerunt,
Non addet ultra Dominus
Ut habitet in eis :

Hic, pulsis esto terminus
Exulibus Iudæis.

73.
Eversis Urbis mænibus
Igne ferróque stratis,
Palatiorum ædibus
Solo coadæquatis,
Templo (Regnorum opibus)
A Salomone, struclio
Divinis sanctum cultibus,
Ad cineres reducio.

74.
Non amplius Encænia,
Nec Tabernaculorum,
Nec Patchatis Solemnia,
Nec festa Sabbatorum
Agentur! ad altaria
Non viætimæ cædantur,
Sed aræ, & sacraria
Profana diruentur.

75.
Fuit (dicetur) Solyma,
Arx Sionæa fuit!
Urbs urbium sanctissima
Orbis Regina ruit:
Ruit: nervo militiæ
Suóque Martifisa,
Chaldeæ vi potentiæ
(Quis crederet?) excisa.

76.
Phe. vers. 16.
Excisa, turpi penitus
Agone exspiravit,

Hosti-

- Hostiles quis exercitus
 In clades has armavit?
 Chaldaicas quis acies
 In bella concitavit?
 Irati Dei facies
 Infantes vindicavit.
 77.
Hæc, illos fecit exules
 Dispergens inter gentes.
Hæc fecit miserabiles,
 Moestos, gementes, flentes,
Hæc vilis numi pretio
 Triginta fecit vendi,
 Et unico teruncio
 Tot pro tributo pendi.
 78.
Hæc illa vultus gratia
 Quondam mitis, ferena,
 Amabili clementia
 Et suavitate plena,
 Prona in beneficia,
 Longanimis in poenas,
 Tandem spirat supplicia
 Iræque dat habenas.
 79.
 Nullo Sereno sidere
 Frons micat plena minis,
 Horrendo torva fulgure
 Iustis intenta poenis,
 Non addet, ut respiciat
 Aut gemitus aut preces,
 80.
 Æternum sed abiicit
 A se in statas neces,
 Acinaces vibrantis,
 Hæc oculorum acies
 Iræque fulminantis,
 Justo cæli judicio
 Compensat talionem,
 Cùm læso sacerdotio
 Immittit ultionem.
 81.
 Sacerdotalem faciem
 Qui non erubuerunt,
 Sed horum in perniciem
 Et cædes sœvèrunt.
 Nec veriti canitiem
 Senum authoritatem,
 Nec venerandam speciem
 Annorum dignitatem.
 82.
 Quos nulla reverentia,
 Nec ordo dignitatis,
 Nec vitæ innocentia,
 Nec Lex immunitatis
 A crimine deterruit,
 In Iustos ne sœvirent,
 Sed impotentes acuit
 Livor, ut Hos ferirent.
 83.
 In fœdos trusi carceres
 Compeditibus constricti

Vates ut falsi augures,
Contriti & afflitti,
Nulla in Senes gratia
Ut fractis parceretur,
Sed pari violentia
In omnes ageretur,

84.

Ain. vers. 17.

Cum firmo pede civica
Virtus armata staret,
Et in Hore Respublica
Adhuc perseveraret,
Cum viribus potentia
Et armis valeremus,
Opumque affluentia
Nervoque polleremus.

85.

Egyptiorum robore,
Suppetiis securi:
Forti staremus pecl ore
In hostes ruituri,
Vires juncturi viribus,
Virtutibus virtutem,
Laturi pulsis hostibus
Spe auxili salutem.

86.

Nostri delusi oculi
Spe opis defecerunt,
Et confernati Populi
Res, spesque perierunt,
vana Regis auxilia
Nilotici ruerunt,

Et irrita consilia
In auras abierunt.

87.

Respiceremus avidi
Cum manum Pharaonis,
Et legiones pavidi
Armatæ regionis,
Attenti Mareoticæ,
Quæ nos salvaret, genti,
Fidentes op̄i bellicæ
Solatium ferenti.

88.

Nullum Memphis subcidium
Adduxit, quod spoondit.
Et factis Pareoticum
Promissum non respondit.
Sic fides Pelusiaca
Fefellit Solymæos,
Et feritas Chaldaica
Irrupit in Iudæos.

89.

Sade. vers. 18.
Cum feræ via clauditur
Indagine silvarum,
Canumque vi compellitur
In vincula plagarum,
Angustiata premitur
Metumque verberatur,
Effugiumque queritur
Quâ viâ elabatur.

90. Sic

90.

Sic undique ab hostibus
Victoribus vallati,
Clausis victorum ductibus
Immaniter arctati,
Pulsi, repulsi, fustibus
Et taureis multati,
Et intentatis mortibus
Crudeliter vexati.

91.

Coacti pulsi fugere
Flagro tergum premente,
Pes noster in itinere
Cessit, gressu fallente,
Lassa pedum vestigia
Fugâ lubricaverunt,
Et crura per effugia
Lassata conciderunt.

92.

Plateas quot rigavimus
Fusi fonte cruoris!
Quot vias purpuravimus
Nostrî testes doloris?
Hoc omnium compendium
Supremum est malorum,
Finis noster, stipendum
Tot criminum nostrorum.

93.

Finis noster, & terminus
Tandem appropinquavit,
Quem nobis fixit Dominus
Urbique destinavit:

94.

Finis venit, qui censuit
Menses, dies, & horas,
Et in statera posuit
Momenta, cursus, mora,

94.

Coph. vers. 19.
Solâ restabat, quærere
Fugâ pressis salutem,
Et miseram effugere
Affictis servitatem,
Per devia, & invia,
Per aspera viarum,
Latebras, per tot tædia,
Rimari ærumnarum,

95.

Quâiscumque in latibulis
Fugaces abderemur,
Et in petrarum angulis
Occulti clauderemur,
Omnes viarum orbitas
Et oras indagavit
Cata hostis sagacitas,
Ac teatos exploravit.

96.

Fuere celi avibus
Nostrî persecutores,
Et aquiles volucribus
Cursu velociores,
Equis, camelis, curribus
Ubique nos lecuti,
Ut nec in summis montibus
Sat lateremustuti.

97.

Ferarum receptacula
Et arduos recessus,
Et tigridum latibula
Hostilis Mars ingressus,
Et in desertis collibus
Insidias paravit,
Et in profundis specubus
Vigilias locavit.

98.

Res. vers. 20.

Lugenda hæc, & fletibus
Sanguineis ploranda, (d)
Quæ tot calamitatibus
Fuere toleranda:
Alt, quod multò damnosius
Planètu dignum majore,
Deflendum copiosius
Intermino dolore,

99.

Post lugubres tragœdias
Catastrophes malorum,
Funestas Urbis nænias
Epilogum malorum;
Heu! noſtri oris ſpiritus
In nobis extirpavit,
Noſtræque vocis ſonitus.
In auras exhalavit.

100.

Christus, idemque Dominus
Et Rex, ab hoſte captus

(d) Spiritu Propheticō de Christo hæc dicta afferunt SS. P.P.
apud Cornelii ibid.

Velut fervorum minimus
Vinctus in jugum raptus,
Et in noſtri, quæ fecimus,
Peccatis mancipatus,
Poenaque, quam meruimus,
Pro nobis castigatus.

101.

In umbratua, diximus,
In gentibus vivemus,
Ut quondam Tui viximus,
Sic capti te colemus,
Qui Tu de peculio
Pro nobis litrum pactus,
Par nobis in exitio
Pro servis, servus factus.

102.

Sin. vers. 21.

Gaude nunc Edom Filia,
Gaude, plaude, latare,
Insulta, & exilia
Afflictis gratulare,
Exulta, & tripudia
Salsis lannis jocare,
Opta mortes, excidia,
De plagis jucundare.

103.

Nescis! heu nescis misera
Quæ seges flagellorum,
A Dei in te dextera
Exspectet vibrandorum,

Nescis

Nescis Dei consilia

Et sensa Decretorum,
Et fata quām crudelia
Te maneant malorum.

107.

Superba nunc, nudaberis
Ab hoste prostituta,
Fortunis spoliaberis,
Auro, gemmis exorsa,
Pro fastu ignominiam,
Pro gazi egestatem,
Pro gloria infamiam
Feres, & vastitatem

Aut per
In te
In Dei r
Legi
Ejusque
Stes.

104.

Pares Idume senties,
Aut etiam majores,
Mihi devotos centies
Aut millies furores,
Feres jocorum pretia
Et sebannationum,
Cūm eadem te retia
Claudent valtationum.

108.

Thau. vers. 12.

Tuæ, O Sion Filia
Mensura pravitatis,
Et innumerabilia
Probra iniqüitatis,
Et Numinis Iustitia
Completa, te plecenti
Et hostis inclemens
Immane sœvientis.

Af num
Te N
Et paria
In te
Hostiles
Et pe
Vincta,
Quæ i
Justo De
Hosti
CAL

105.

Chaldaæam feres frameam,
Husæa Inquilina,
Multiplicemque tauream
Superba Heroina,
Gemes sub jugo Gentium
Et presta lacrimabis,
Serò, te afflignantum.
Perfidiam damnabis.

109.

Completus pœnæ terminus
Tuique mancipatus,
Quem tibi fixit Dominus
Ob criminum restus,
Non addet ultra plectere,
Non addet caligare,
Si culpas culpis negcere
Non addes, nec peccare.

H O
ne
ant, de
memori
a & fac
20, se
EREM
Deo illat
im enur
ulum in
Jeremia

106.

Ad te quoque perveniet
Absynthii & tellis
Calix, quite inebriet
Pro dulci favo mellis,
Bibes coacta hauteam,
Bibes amurcæ faciem.
Vappam & undam luteam
In tuam manceps necem.

110.

Non addet posthac timens
Ut transmigrationem,

Aut

Aut peregrina lugeas
In terra mansionem,
In Dei reverentia,
Lege, cultu, timore,
Ejusque si præsentia
Stes, & agas amore.

Idem pari supplicio
Furet in Idumæos,
Namque discooperuit
Tua Deus peccata,
Tam diu quæ occuluit
Tandem manifestata.

III.

Ab nunc & Edom Filia
Te Numen visitavit,
Et paria supplicia
In te agglomeravit,
Hostiles iras senties
Et perferes machæras,
Vincta, mancepsque servies,
Quæ nuper Princeps eras.

III.
Hæc facta palam omnibus,
Orbi toti patebunt,
Divinis ultiōibus
Quæ posteros docebunt,
Quid sit Numen offendere,
A diram provocare,
Pro noxis pœnas pendere,
Æternum exculare.

112.

Justo Dei judicio
Hostis, qui in Iudæos

CAPUT QUINTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Hoc caput est quasi brevis iteratio & summa Threnorum. Sicut enim Rhetores in peroratione item, densantque ea, quæ tota oratione dixerunt, tum memorie tum motus causâ, ut magis auditores moveant, & facit hic Jeremias. Inscrimitur hoc caput non in Hebreo, sed à Septuaginta & nostro interprete ORATIO EREMIÆ. Nam primò, mala populo, ob peccata, à Deo illata, & in Threnis recensita, refricat, & summam enumerat: deinde orat pro misericordia, ut Deus populum in pristinum statum restituat. Hanc orationem Jeremias composuit post vastatam Jerosolymam, ante-

CC

quam

quam iret in Ægyptum ; Porro hæc oratio non est lementa
composita ordiné literarum Hebraicarum, totidem Tabe
men habet versus, scilicet viginti duos.

Hæc, quæ hoc capite recenset Jeremias, Iudæa
illata, omnia & singula ad literam evenerunt Christiani,
cùm ob sua peccata, perdiderunt eandem terram in Ab Tuæ
Ætam, Græciam, Asiam, aliásque Provincias, quæ Cont
Turcis & Hæreticis occupantur. Cornel. à Lap. ibid.
vers. 2. Hæc omnia pariter facile est adaptare peccata,
qui totidem, imò plura damna per peccatum incurrit.
Vid. Dion. Carthusian; ibid.

I.

Æ Terna sapientia,
Majestas increata,
In qua omnis scientia
Et visio beata,
Quam nulla latent sœcula
Myriades annorum,
Nec abditorum specula
Latentium Fatorum.

2.

Quæ vasta cœli spacia
Abyssos intueris,
Infausta & felicia
Eâdem manu geris,
Te coram sunt præsentia,
Quæ sunt, erunt, fuerunt,
Nulla casu nascentia
Sunt, quæ Te latuerunt.

3.

A Tuæ Providentia
Altissimo obtutu,

4.

Et arduæ Prudentia
Cuncta moventis nota
Terrestria, cœlestia
Et inferi reguntur,
Et cordium latentia
Et abdita cernuntur.

5.

Hæc universi machina
Theatrum Majestatis,
Tuæ, velut in trutina
Divinæ æquitatis,
In æquilibri pondere
Trium articulorum
Pendet, & manus robore
Tuorum digitorum.

6.

vers. I.
Abscondita qui me et
Et latebras scrutaris,
Dolentium & fletantium
Angustias rimaris,

Memento quid acciderit
Tabentibus moerore,
Et nobis quid evenerit
Afflictis amarore.

6.

Ab Tu^z Gentis Domine
Contritæ recordare,
Tuque vultus lumine
(Licet reos) dignare,
Dignare; & opprobrium
In nostrum intuere,
Ispiciens ludibrium
Plagamque miserere.

7.

vers. 2.
Nostrorum Patrimonia,
Patrum hereditates,
Domos, & latifundia
Opumque facultates,
Extranea vis rapuit,
Postedit aliena,
Et improvisa obruit
Nos hostis lanientia.

8.

vers. 3.
Nullus pupillis pater est,
Qui orphanis faveret,
Nolla iisdem mater est,
Quæ miseros foveret,
Sunt nati absque patribus,
Sunt absque natis patres,

Sunt proles absque matribus,
Sunt absque prole matres.

9.

vers. 4.

Aquam communem omnibus
Nullique vestigalem,
Nos loculis exsolvimus
Et bibimus venalem,
Ligna nuper nostrata
Pleno possesta jure
Nobis censa in pretia
Expenso empta are.

10.

vers. 5.

Juga nostris cervicibus
Ut brutis minabamur,
Insertis collo funibus
Ad plaustra ducebamur,
Urgebat hostis operas,
Nec data fessis quies,
Solutas nulla dexteras
Nox vidit, neque dies.

II.

vers. 6.

Pronimanius Ægyptiis
Fame emaciati,
Et supplices Assyriis
Labore fatigati,
Pro panibus extendimur,
Ne fracti moreremur,
Dedidimus, subjecimus
Nos, ut saturaremur.

cc 2

12. vers.

12.

vers. 7.

*Patres nostri peccaverant,
Merentes maledicta.
A Domino recesserant,
Nos lumen delicta,
Eorum nos portavimus
Nati iniurias,
Et hinc, in has incidimus
Plexi calamitatem.*

13.

vers. 8.

*Chaldaeus hostis, famulis
Nos mancipes subjecit,
Et improborum stimulis
Servorum, reos fecit,
Non erat, qui redimeret
A turpi mancipatu,
Et nos ab hoc eximeret
Herili famulatu.*

14.

vers. 9.

*Panis, & vita, pretio
Venium prostabat pari,
Idem erat exitio
Dari, & saturari,
Panem nostrum attulimus
In gladii confectu,
Et in deserto edimus
Cum anima neglectus.*

15.

vers. 10.

*Pellis nostra exaruit
Ut Cibanus exusta,*

16.

vers. 11.

*Authoritate nobiles,
Excellas dignitate,
Virtutibus Laudabiles,
Spectabiles etate,
Sionis mulieres
Ut viles, subjugarunt,
In Urbibusque Virgines
Juda, humiliarunt.*

17.

vers. 12.

*Regni supremi Praesides
Inermes, indefensi,
Et Populorum Principes
In ligno sunt suspensi,
Non capitis sanitatem
Effrontes suspergunt,
Nec venerandam faciunt
Senum erubuerunt.*

18.

vers. 13.

*Jugo adolescentibus
Abusus sunt injecto,
Serviliter molentibus:
Quin erimine coacto,
Vim impudentes turpis
Invitis intulerunt:*

*Ei pueri infamiter
In ligno corrueunt.*

19.

vers. 14.

*Auctoritas Sedentium
In medio portarum
Senum, & judicantium
Negotia caufarum
Defecit, & harmonica
Vox juventutis tacet,
Psalmus, Chorus, & Musica
In festis muta jacet.*

20.

vers. 15.

*Cordis nostri luctus
Et gaudium defecit,
Probrum, dolor, tristitia
In luctus nos coniicit,
Versa in fletum tympana
Et chori, & odæa,
Et cytharæ, & organa,
Sistra, fides, chorea.*

21.

vers. 16.

*Nostræ corona verticis
Et Regni diadema *
Splendor, laus, Urbis Prin-
cipis
Et potestatis Schema
Ruit, quia peccavimus,
Ve nobis sceleratis!*

* Cornel. ibid.

*A Domino discessimus
Ve nobis desolatis!*

22.

vers. 17.

*Exinde cor angustie
Affictum & dolore,
Suspiriis, tristitiis,
Et mentis amarore,
Et oculi sunt lumine
Suo exspoliati,
Et fumea caligine
Velut obtenebrati.*

23.

vers. 18.

*Mons Sion! Urbis gloria!
Mons Sion! quo abiisti?
Te propter, sunt suspiria,
Quia de periiisti!
Augusto in palatio,
Quod Reges calcaverunt,
Suo ut in hospitio
Vulpes ambulaverunt!*

24.

vers. 19.

*Tu autem rerum (Domine)
Principium & finis,
A cuius pendet numine
Homo, pulvis, & cinis,
Æternum immutabilis
Per generationes,
In throno eris stabilis
In generationes.*

CC 3

25. vers.

25.

vers. 20.

Cur ergo qui nec pastoris,
Pullorum nec corvorum,
Sic nostri obliuisceris
In ævum saeculorum?
Ergo in longitudine
Relinques nos dierum?
Priorum nec dulcedine
Nos recreabis rerum?

26.

vers. 21.

A, Te, qui nos avertimus
Vias pravas secuti,
Præcepta legis sprevimus,
Malitiâ indueti,
In barathrum incidimus
Tantorum peccatorum,
Et in abyssum ruimus
Damnorum illatorum.

27.

Ob nostra læsus crimina
Ne faciem averse,
Sed pii Patris lumina
Clemens ad nos converte,
Et dueti penitidine
Nos ad Te convertemur,
Ut legis plenitudine
Te sanctius precemur.

28.

Ut quondam Te colovimus,
Sic iterum colemus,
Da tantum, ut qui fuimus,
Simus, & perennemus,
Annos reduc prateritos
Pacis & sanitatis,
Menses, diesque perditos,
In probro vanitatis,

29.

vers. 22.

Diversa per supplicia
Ut pilam nos fecisti,
Et nostra ob flagitia
A Te nos repulisti,
Tuam iræ potentiam
Irruere fecisti,
Vindictam & justitiam
In nos exeristi.

30.

Tandem non nostri sceleris
Ut judex perpetrati,
Sed animi memineru,
Ut Pater Serenati,
Largire inaungentiam
Noxarum admissarum,
Et antiquarum gratiam
Misericordiarum.

APOL.

APODOSIS TROPOLOGICA
THRENORUM,
Sive
ANIMÆ PECCATRICIS
Et
POENIT: LACRIMÆ.

LACRIMAS ORBIS UNIVERSI priori libro
cantatas, his non dispares in Threnis suis, va-
statæ Hierosolymæ gemit Jeremias. Nam ut
Petrus Bongus lib. de Num: mysteriis, apud Cornel. à
Lapide in Prologom. Threnorum, ait, Symbol. qua-
druplici hoc Threnorum alphabeto innuitur, quod Iere-
mias, non tantum Iudæorum, sed & QUATUOR
PLAGARUM ORBIS, id est TOTIUS MUNDI
peccata deploret, omnésque ad ea deploranda invitet.
Unde & Infernus patere dicitur, & extendi ad stadia
1600. Apoc. 14. 20. Hic enim numerus à quadragena-
rio est tetragonus. Nam quadragesies quadraginta fa-
ciunt 1600, ut significetur patere Infernum ad quatuor
Mundi plagas, ad excipiendum impios undeque in
eum irruentes. Hierosolymam autem à Threnodo Pro-
pheta deploratam, ANIMAM PECCATRICEM.
à doctissima Interpretum expositione, tropologico sen-
su designari, in principio Threnorum prænotavi. Hæc
enim verò illa est, cui meritò cantentur *Lamentationes*,
Carmen & vae! Illa Deo rebellis, fœdifraga, hostis,

ccc

legis

legis Divinæ prævaricatrix ANIMA, statu justitiae
 Dei Regno privata, dæmonis regno subjecta, levigata
 dominati subjugata, inferis mancipata, crudeli tyra-
 nide oppressa, virtutum omnium opibus spoliata, gemitarum
 splendore exuta, nuda, abjecta, & exultante
 ritò occinatur illa vatis admirantis & obstupescens
Threnodia, (a) quomodo sedet sola civitas plena populū
 Illa illustris, ANIMA, probarum cogitationum, le-
 storum affectionum satellitio & comitatu, quasi civis
 & fidelissimis amicis per peccatum orbata & desolata
 Illa Domina Gentium, id est, vitiorum & passionum,
 quas ratione regebat & Dei Timore, jam omni hoc
 minio, imo & Deo, & rationis imperio viduata? Illa
 Princeps Provinciarum, id est suis potentiis & membris
 imperans, facta est mancipium dæmonis, tot scep-
 tri serviens. quot dedita est virtus, (b) quibus dat tributum
 cum iis omnes opes suas & vires impendit & exhaustum.
 Hic sceptrum habet superbia in anima Impii, sceptrum
 habet avaritia, sceptrum habet libido, & cætera vice-
 rum agmina: tot enim tyrannis servit Impius, quanto
 tiis obtemperat: Nam sceptrum & dominium ratione
 eripit, illudque tradit concupiscentiæ: perinde ac si
 quis Reginæ optimæ coronam detraheret, eamque mer-
 etricis petulantissimæ capiti imponeret, Regina enim
 est ratio, meretrix est concupiscentia. Ita S. Chrysostomus hom. II, in Ep. ad Rom. Unde & S. Augustinus Tract. 41, in Joan. (c) Tolle, inquit, peccati Regnum, noli dare concupiscentiis tuis vires: sequendo ea

(a) Thren. c. I. v. I. Cornel; à Lap. ibid. (b) S. Hieronymus
 (c) S. Chrysost. S. August.

vires eis addis : dando eis vires , quomodo vinces , quando contra te inimicos nutris viribus tuis ? (d) Sic omni ope cælesti destituta , & undique miserabilis Anima plorans plorat in nocte (peccatorum) & lacrimæ ejus in maxillis ejus : non est qui consoletur eam ex omnibus charis ejus : omnes amici ejus spreviverunt eam , & facili sunt ei inimici , quia cum amicis creaturis , concupiscentiis & voluptatibus suis fornicata , mox ab iisdem amarorem , horrorem , nauseam , aliisque corporis & mentis cruciatus justo Dei judicio perpetitur : deseritumque ab illis omni humano solatio spoliata , finitque domestici , inimici ejus , in pœnam scelerum tortores , & continuis conscientiae perturbatæ tormentis crudeles animi carnivices , neque desinunt , dies , noctesque immaniter , sine requie angustiam fatigare , donec acceleratis ultimis morborum cruciatibus afflictam , & omni terrenarum delitarum spe & ope destitutam , miserrima morte trucidant . (e) Finis ergo & scopus Spiritus sancti , & Jeremiah in Threnis conscribendis fuit ; Primò parentare Hierosolymæ jam vastatæ & quasi mortuæ : Celebrat enim hic funus & quasi exequias ejus , utpote Patriæ & Matris suæ amantissimæ , eoque simul lenit dolorem suum , & civium suorum . Ad hoc enim inventum est carmen funebre . Secundò hoc carmen est quasi epitaphium , quod Hierosolymæ memoriam ad posteros transmittat . Tertiò id ipsum est stimulus ad pœnitentiam , quod ut Iudæi ad Deum conversi , veniam , ac suam & Hierosolymæ restorationem à Deo impetrant . Quartò Tropologicè datur hic Schema & forma sacri lu-

CCS

Glùs

(d) Thren. c. 1. v. 2. (e) Cornel. à lap. ut sup.

Cūs & pœnitentiæ, quam hic non meis, sed mellifi
 Doctoris Bernardi verbis, subjungo, & in epilogi vicem,
 Animam sincero dolore contritam, amaris lacrimis ge-
 mentem, & profunda cordis amaritudine pœnitentem,
 peccata detestantem & lamentantem, in plurium Pecca-
 torum sacrum solatium & emendationem, induco. (f)
 Heu me peccatrix! heu me misera! in tantis peccatis,
 in tantis criminibus, in tantis negligentias cecidi, quid pri-
 mum plangam, quid primum plorem, quid primum lug-
 um? Ego misera quem luctum primum sumam? Ego
 digna quas lacrimas prius fundam? Memoria non suf-
 ficit referre gesta tantorum criminum. O lacrimæ
 vos substraxisti? O lacrimæ ubi estis? Ubi estis fonte
 lacrimarum? Movemini obsecro ad fletum meum, fonte
 lacrimarum fluite super faciem meam, rigate maxillas
 meas! date mibi planctum amaru! succurre mibi Deus mu-
 sus, antequam moriar, antequam mors præveniat, anti-
 quam me Infernus rapiat, antequam me flamma comba-
 rat, antequam me tenebræ involvant. Subveni mibi
 Deus meus, priusquam ad tormenta perveniam, priusquam
 me devoret ignis gehennæ, priusquam sine termino cruciat
 in Inferno: Deus meus, quid faciam cum venerit tremen-
 dum judicium tuum? Quid respondebo cum venerit ex-
 amen judicii tui? Quid dicam ego misera & peccatrix,
 cum præsentata fuero ante tribunal Christi? Væ die illi
 in quo peccavi! Væ die illi quando malum feci! Væ die
 illi quando transgressa sum præcepta Dei! Utinam
 non illuxisset sol super me! Utinam non fuisse ortus sol
 super me! O dies detestanda, dies abominanda, o dies pe-
 nitua

(f s. Bernardus de modo bene vivendi sermon. 27. tit. Confessio.

nitus non nominanda, quæ me in hoc sæculum protulit,
 quæ mibi claustra ventris aperuit! Melius mibi fuerat
 non esse in hoc sæculo natam, quam in Inferno perpetuè
 cruciatam! melius mibi fuerat non esse genitam, quam patre
 æternas pœnas gehennæ! Satis mibi fuerat non esse in hoc
 mundo procreata mala, quam pari æterna mala! Flete su-
 per me cælum & terra, plorate me omnes creature! Et
 quæ potestis sensum vitæ habere, lacrimas effundite su-
 per me. Peccavienim graviter, peccavi infeliciter, pec-
 cavi miserabiliter, innumerabilia sunt peccata mea! Ut
 bene vivere ultrò promisi! Sed bona quæ promisi, nun-
 quam servavi. Semper ad peccatum meum redii, semper
 peccata mea multiplicavi, semper delicta mea iteravi!
 Nunquam in melius mores mutavi! A malis factis nun-
 quam cessavi! Orate pro me Dominum viri Sancti, in-
 tercedite pro me, si fortè misereatur mei Deus, si fortè ini-
 quitates meas auferat! O misera anima mea, quis misere-
 bitur tui? Quis consolabitur te? O anima misera! O
 anima quis dabit lamentum pro te? Ubi est custos homi-
 num? Ubi est Redemptor animarum? Ubi es Pastor bo-
 ne? Cur despexit me? Cur avertisti faciem tuam à me?
 Deus meus non me obliviscaris in finem! Non me deseras
 in perpetuum! non me deseras in potestate dæmonum! pec-
 catrix sum, indigna sum, tamen ad te Deum meum con-
 fugio. Tu clemens, Tu pius, Tu multæ miserationis.
 Nullum spensis, nullum detestaris, nullum recusas à mi-
 sericordia! Domine ostende in me misericordiam tuam.
 Obscuro Domine, ut non deneges mibi quod misericorditer
 multis dedisti. Scelera mea non defendo, peccata mea
 non abscondo. Dispicet mibi malum quod feci. Ego
 misera

misera peccari! Errorum meum confiteor, culpam meam
 manifesto, Iniquitatem meam cognosco. Peccavi Deus
 meus, propitius esto mihi peccatrici. Parce malis meis,
 ignosce peccatis meis, indulge criminibus meis Domine;
 si iniquitates observaveris Domine, quis sustinebit? Nullus
 ad examen tuum, nec justitia justi secura erit; qui
 enim justus, qui se audeat dicere sine peccato? Nullus ho-
 mo est sine peccato: nemo est mundus a delicto, nemo est
 mundus in conspectu tuo; ecce inter sanctos nemo est immo-
 culatus: ecce qui servierunt Deo, non fuerunt stabiles, &
 in Angelis inventa est iniquitas. Stellae non sunt mundo
 coram Te. Caeli non sunt mundi in conspectu tuo.
 Igitur nemo inconspectu tuo est Sanctus, nemo immaculatus,
 quanto magis ego peccatrix, & putredo ac vermis filia-
 minum, quæ bibi iniquitates quasi aquas, & multiplicatae
 vi peccata mea? Quæ sedeo in pulvere, quæ habito
 in domo lutea, quæ terrenum habeo fundamentum,
 Deus meus porrige dextram tuam mihi Peccatrici.
 Memorare obsecro Domine, quæ sit mea substan-
 tia. Memento Domine, quia terra sum. Me-
 monto quia cinis & pulvis sum. Medicinam, quâ sa-
 ner, tribue: Medicinam, quâ curer, impende. Ego mi-
 sera cecidi in foveam peccatorum meorum. Ego indigna
 cecidi in profundum inferni. Deus meus libera animam
 meam captivam ab inferno; non concludat me profundum,
 non absorbeat me infernas: non urgeat super me putre-
 os suum. Abyssus non deneget mihi exitum. Ecce dies ti-
 mendus jam jam imminet, jam venit ultima dies, jam
 propè est dies mortis, nihil superest mihi nisi tumulus, ni-
 hil nisi sepulcrum. Parce mihi Domine, antequam

dam ad terram tenebrosam. Subveni mibi Deus meus priusquam uadam ad terram misericordie & tenebrarum. Redemptor animarum succurre mibi antequam moriar: sole vincula peccatorum meorum, priusquam ad mortem perveniam. (g) Ecce plasmator mei, multa rogavi, quae nec pauca promerui. Fateor, beu. fateor, non solum quae postulo non debentur dona, sed multa & exquisita supplicia. Animant tamen me Publicani & meretrices & latrones, qui a fauibus hostis momentaneè eruti, sinibus excipiuntur Pastoris. Tu enim factor omnium Deus, licet in cunctis operibus tuis sis mirabilis, mirabilior tamen credoris esse in operibus pietatis. Unde de temet ipso per quendam tuum servum dixisti, miserations ejus super omnia opera ejus. & quasi de singulo loquentem, de universo populo tuo dixisse confidimus: misericordiam autem meam non dispergam ab eo. Nullum enim spemnis, neminem abjecis, neminem perhorrescis, nisi forte qui amens te exhortuerit: ergo modò iratus non percutis, sed te irritantibus, dona, si quæsierint, tribuis. Deus meus cornu salutis meæ, & susceptor mei, ego infelix, ego te irritavi: ego malum coram te feci, furorem tuum provocavi, irram promerui; peccavi, & passus es: deliqui & adhuc sustines: si pœnitio, parcis: si revertor, suscipis: & insuper dum differo, præstolaris. Revocas errantem, invitas repugnantem, expectas torpentem, amplexaris redeuentem, doces ignorantem, merecentem mulces, à ruina suscitas, post lapsum reparas, petenti largiris, querenti inveniris, pulsanti aperis. Ecce Domine Deus salutis meæ, quid opponam nescio, quomodo respondeam ignoro, nullum absque te configuum,

nullum

Ag S. August. med. c. 2.

nullum à te patet latibulum. Ostendisti mihi benevis-
 diam, & gradiendi scientiam dedisti: minatus es mibi
 gehennam, & pollicitus es Paradisi gloriam. Nunc
 Pater misericordiarum, Deus totius consolationis, conso-
 timore tuo carnes meas; quatenus quæ minaris, metuendo
 evadam, & redde mibi lætitiam salutaris tui, ut qua-
 spondes, diligendo percipiam. Fortitudo mea Domini,
 firmamentum meum, Deus meus, refugium meum & lo-
 berator meus. Suggere quæ de te cogitem, doce quibus u-
 sermonibus invocem, da quibus operibus tibi placeam:
 scio namque, scio, unum quo tu placaris. & aliud quid
 non spernis. Est utique tibi spiritus contributus sa-
 crificium. & acceptas cor contritum & humiliatum, His
 me Deus meus, adjutor meus dita muneribus. His contra
 inimicum muni protectionibus, hoc de flammis vitiorum
 præsta refrigerium: his autem desideriorum passionibus
 pande pius refugium. Fac Domine virtus salutis mee,
 ne sim de numero eorum, qui ad tempus credunt, & in
 tempore temptationis recedunt. Obumbra caput meum in
 die belli, spes mea in die afflictionis, & salus in tempore
 tribulationis. En Domine illuminatio mea, & salus
 mea, rogavi quibus egeo, intimavi quæ timeo, sed remor-
 det conscientia, reprehendunt me cordis secreta, & quod
 amor ministrat, timor dissipat, Zelus incitat, metus in-
 crepat, acta mea formidinem, sed tua ingerit pietas fida-
 ciam, tua hortatur benignitas, me tardat maligni-
 tas: Et ut verius fatear, occurrunt memorie
 phantasmata vitiorum, quæ reverberant audaci-
 em præsumentium animorum, (b) Cūm enim quis odio di-
 gnus

(b) Idem cap. 2.

gnus sit , qua fronte gratiam requirit ? Cui pœna debetur,
 qua temeritate gloriam deposita? lacepsit judicem , qui post-
 posit a satisfactione delicti quærerit præmiis honorari . Re-
 gis insultat obnoxius supplicio , qui donari flagitat indebito
 bravio : & dulcem affectum Patris stultus exacerbat fi-
 lius , qui post illatas contumelias ante pœnitudinem , hæ-
 reditatis usurpat celsitudinem . Quid mi Pater , me ges-
 sisse recolo ? Merui mortem & peto vitam ? Commovit
 Regem meum , cuius impudens invoco præsidium ? Con-
 tempsi judicem , quem temere postulo adjutorem ? Insolens
 renui audire Patrem , quem demum præsumo habere tuto-
 rem ? Heu mibi quām sero venio ! Heu ! heu quām tar-
 de festino ! heu me quia curro post vulnera deditans in-
 columis præcavere jacula . Neglexi prospicere tela , mo-
 dò verò solicitor de morte vicina . Vulnera vulneribus
 infixi , quia scelerata sceleribus addere non timui . Recentis
 cicatrices tabe respergi , quia prisca flagitia modernis ini-
 quitatibus reciprocavi ; & quæ divina solidaverat medi-
 cina , me a resolvit prurigo pbrenetica . Cutis , quæ su-
 perducta vulneribus morbum celaverat , sanie erumpente ,
 putruit , quia iterata iniquitas concessam misericordiam
 exinanivit . Novi quippe scriptum , in quacunque hora
 justus peccaverit , omnes justitiae ejus oliviscentur . Si
 justitia aboletur justi peccatis , quantò magis pœnitentia
 peccatoris in idipsum revertentis . Quoties ut canis redit ad
 vomitum , & quasi sus repetii volutabrum ? Fateor quæ
 mihi recordari est impossibile , quot mortalium ignorantes
 peccare docui , nolentib⁹ delinquere persuasi , resistentes coegi ,
 volentibus consensi ? quot lanè gradientibus laqueū induxi ,
 diam quærentibus foveam retexi . ut patrare non horrerem ,
 obli-

oblivisci non metui. Sed tu justus judex, signans peccata,
 quasi in sacculo, obseruasti omnes semitas meas. & cunctos
 gressus meos dinumerasti: Tacuisti, semper siluisti, patiens
 fuisti. Noli quæso, piissime Domine, scribere adversum
 amaritudines meas, ut intres in judicium cum seruo ino. sed
 secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniqui-
 tatem meam. Væ mihi misero, cum venerit dies judicii, &
 aperti fuerint libri conscientiarum, cum dicetur de me:
 Ecce homo & opera ejus. Quid faciam tunc. Domine De-
 us meus, cum cœli revelabunt iniquitatem meam, & ad-
 versum me terra consurget! Ecce nihil respondere poteris,
 sed demisso capite, præ confusione, coram te stabo trepidus
 & confusus. Heu me miserum, quid dicam? Clamans
 ad te Domine Deus meus, quare jacens consumor? Pla-
 ge anima mea, sicut vidua super virum pubertatis sue; mis-
 la misera, & plora, quoniam dimisit te sponsus tuus.
 Miserere ne desperem, sed te spirando, respirem: & si ex
 commisi unde me damnare potes, tu non amisisti unde
 salvare soles: Nememineris dulcissime JESU, tua ju-
 stitia adversus peccatorem tuum, sed esto memor benigni-
 tatis tuæ adversus creaturam tuam: ne memineris ira ad-
 versus reum, sed memor esto miserationis tuæ aduersus
 miserum: oblitiscere superbum provocantem, & respite
 miserum invocantem: quid enim est JESUS, nisi Salvator?

* Idem lib. medit. cap. 39.

Psalmus: 50.

Sacrificium Deo Spiritus contribulatus, cor contritum & hu-
miliatum Deus non despicies. Averte faciem tuam à peccati-
 meis, & omnes iniquitates meas dele. Ne proicias me à
 facie tua: & spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

A. M. D. G.

Collegii fratris Joh. Pauli.


ceata,
cundis
patens
summe
suo sed
iniqui-
ci, O
de me
ine De
O al-
poter
repudia
amico
Play-
e; niv-
tum,
si q
adem
ne ju-
nign-
e ad-
versus
respite
sator


& hu-
recata
ne à
s,

lily.

OB
46

24
46





OB
46